

www.e-rara.ch

Quinti Horatii Flacci Poemata omnia

Horatius Flaccus, Quintus

Friburgi Brisgoiae, Anno 1549

Zentralbibliothek Solothurn

Shelf Mark: ZBS Staal 237

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-89747>

In Q. Horatium Flaccum Henrici Glareani Helvetii, poë. laureati Annotationes, [...].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

IN Q. H. O.
RATIVM FLAC.

CVM HENRICI GLAREANI HEL

vetij, Poët. Laureati Annotatio

nes, quartò iam auctæ atq;

recognitæ.

Cum gratia & priuilegio

Regio ad sex an-

nos.

Friburgi Brisgoiæ,

Stephanus Grauius excude

bat.

IN O. H. O.

ATIVM F. L. A. C.

HERNICK CLAREM BEL

HERNICK CLAREM BEL

HERNICK CLAREM BEL

HERNICK CLAREM BEL

HERNICK CLAREM BEL

HERNICK CLAREM BEL

HERNICK CLAREM BEL

HERNICK CLAREM BEL

HERNICK CLAREM BEL

HERNICK CLAREM BEL

REVEREN

DISSIMO IN CHRI

STO PATRI AC DOMINO, D.
Ioanni, Episcopo Viennensi, à Consilijs & Secretis
Inuictissimi Cæsaris Ferdinandi, uiro eruditissimo, Pa-
trono suo omnibus modis colendo, HEN-

RICVS GLAREANVS

S. D.



TS Ineq; ingenij est mei, neq; con-
suetudinis quęquam bonum uirum
scriptis laceſſere, integerrime Præ-
sul, tantum abest, ut de optimis stu-
dijs bene meritos proſcindere ue-
lim, tamē mirari ſtis nequeo, quid

uenerit in mētē Christophoro Lanāno, uiro haud di-
uie erudito, & cui in philoſophicis, honeſtisq; ſtudijs
non infelix nomen partum erat, ut uoluerit in hunc
Poētā commētarium ſcribere, tanta incuria, ac negli-
gentia, ut paucae ſint Odae, in quibus ab æmulis non ſal-
tem unius erroris conuinciqueat, paſſimq; nunc uulgo
laceretur, perinde atq; nunquam didicerit literas. Si
enim in manus hominū, non ipſe hæc commenta uul-
gauit, ſed alius quiſpiam ipſius nomine, manifeſta im-
poſtura eſt: Sin ipſe edidit, ut præſationes ferē conui-
cunt, ac in re ſeria tam negligens fuit, culpa non uacat.

A ij

E P I S T O L A.

etiam si iuuandi studio hoc fecerit, ut mihi nō sit dubiū.
Nam bonum uirū fuisse ac bonorū morum, scripta in-
dicant. Ceterum meminisse oportuit, quod ab hoc Poē-
ta dictum est, non poēma scripturis tantum, sed quibuscū-
cunq; rem pro uiribus maiorem aggredientibus:

Sumite, materiam uestris qui scribitis equam
Viribus & uersate diu quid ferre recusent,
Quid ualeant humeri.

Sed ego huius erroris culpā magnā ex parte in tem-
porum istorum, quibus uixit, mores cōijciendam puto.
Nam fuit proximo seculo mos scribendi ita commenta-
ria, ut omnia insulcires, quaecunq; unquam uel didici-
sisses, uel illicubi apud authores scriptis prodita inue-
nisses. Quod uidere est apud hunc Landinum atq; Nico-
laum Perottum. Nam cum Vergilius diceret: Musa mihi
causas memora: statim tota de Musis historia adnecte-
batur. Vbi idem: Vrbs antiqua fuit: ibi uero ratio con-
dendae urbis ex antiquissimo Thuscorum ritu explica-
tur, ut iurares illum aliquando conditurum urbem.
Item: Augurijs agimur diuinum: ibi augurandi disciplina
tota exponitur, ut nullus augur ex professo melius. Au-
riq; talenta: ibi demum omnium ponderum examen in-
lancem tot uerbis ponitur, ut illum libros aliquot de-
asse scribere uoluisset crederes, licet tertium quodq; uer-
bum ea in re non intellexerit. Ad hunc modum nihil fa-
cilius erit, quā commentarium scribere. Mirum uero
cur non Honoratum illum, ac citra controuersiam do-
ctum grammaticum Seruium sibi imitandum proposue-
rit

DEDICATORIA.

rit, aut Lactantium illum, qui in Thebaida Statij commentarium scripsit lectu dignissimum. Denique huius Poëte commentatorem Porphyryonem. Sed malumus non sequi & commentatores reuera uocari, commenta commentis accumulantes ὁ δὲ πρὸς ἐν &c. Sed hæc de Landino satis. Ceterum quid ego de alijs quatuor sentiam, studiosus lector in his nostris Annotationibus planè uidebit. Neque enim sum ignarus quantum mihi in uidiæ conflauerim, quod ausus sim Acronis scripta, magnæ existimationis, & plurimæ authoritatis apud quosdam uiri tot locis taxare. Mihi uero quis Acro fuerit, non tam curæ fuit, quàm conatus sum à me reprehensa fulcire & rationibus & maiorum authorum scriptis. Res ipsa clamat, & lector priusquam nos temeritatis damnet, nostra legat, deinde iudicet, ne odij suspitione uideatur non lecta damnare. Admonuit nos quidā alicubi integra Acronis delitescere Cōmentaria, mirū uerò qui tam impudens, ut ea nō publicet. Cū quæ hodie habentur sint corruptissima. De corruptis igitur toto nostro commentario loquimur, non de integris, si quidē alicubi delitescūt. Porphyryonē autē (si quid in eius cōmentario iure reprehendendū uidebitur) haud dubiè excusat temporū iniuria. Nā illū certū est fuisse eximie doctum, & in enarrādo hoc Poëta primas tenuisse, sed post eū hunc racematorē Acronē uenisse, quem non prauit integros uersus ex illius cōmentario in suū legere, ac nugacissimas nugæ subinde assuere, ut id multis locis in his nostris Annotationibus luculenter ostēdimus. Vt

E P I S T O L A

merito reprehendendi mihi uideantur, qui nuper Horatium in publicum emittentes unum Acronem, emissum Porphyrione, in uulgus edidère, cum eleganti scilicet nec minus hercle exacti iudicii præfatione. Sed hi sunt nostri seculi mores. Mancinellum, ut bonum & diligentem uirum probo, quanquam cum uideo quædam docere uoluisse magis, quàm potuisse. Restat Badius, de quo nihil dicturus sum: quippe qui nobis notus sit, & nimis criticorum dentibus laceretur. In huius Poætæ Odis, quia posterior fuit ea editio, mea quidem sententia egregie se gessit, & quædam eruit, quæ priores laudare. Nos & in his, & in alijs huius Poætæ operibus ab eo aliquot locis dissentimus, sed absq; conuicijs, quod ipse, quo est in literas fauore, boni consulat. Nam ueritatis amore, non reprehendendi studio nos hoc fecisse optimus quisq;, simul ac nostra legerit, uidebit. Sed hæc de commentatoribus satis. Unus nostra ætate annotator fuit, post ea quæ ab Aldo aut Benedicto quodam pauca notata uidimus, homo impense sibi placens, cæterum adeo ineptus, ut uehementer miratus sim cur Badius in editione sua hūc aliquo dignatus fuerit loco: hominem adeo audacem, adeo nihil adferentem lucis authori, adeo omnia absq; iudicio immutantem, ut singularis impudentiæ uideri queat, quempiam talia uel cogitare ausum. Hunc aliquot locis tractamus non pro dignitate, sed ut materiæ breuitas exigebat. Hoc unum tamen uehementer dolemus, Horatium, cum multo dignissimus sit, cui contigisset eximius aliquis enarrator, solum

DEDICATORIA.

solū hūc inter latinos Poetas digno expōsitore carere,
quem unum oportebat memoriæ commēdare, quo nul-
lus tersior, nullus minus habens uerrucarum totus, ni-
tidus, elegans, & dictionis felicissimæ, quo hodie lingua
latina merito gloriari potest, Cum Græci omnes in hoc
poematis genere nobis perierint, Alcæus, Stesichorus,
Sapphō, Simonides, Anacreon, Hipponax & alij. Vnus
Pindarus, non prorsus huius generis, ad huc restat. Sed
propositum nostrum non est nunc huius Poetæ uirtu-
tes enarrare. quippe qui ipse satis clarus est absq; omni
encomio, tantum abest ut meo indigeat. Tu præstan-
tissime Præsul, & huius seculi ingens decus, has meas lu-
cubrations boni consulas etiam atq; etiam oro: Nam ut
publice pro mea uirili bona iuuarem studia, eum potissi-
mum suscepi laborem, quem tibi dedicare uolui, quod
cum dignitate, quæ tibi tuo merito est amplissima, etiā
rectum iudicium, ac eruditio contigerit haud uulgaris.
Præterea alia quoq; suscepti laboris ratio est, quod ui-
deam omneis bonas disciplinas pessum ire, paucisq; nūc
cordi esse rectas ac honestas artes: quod clamatoribus
illis debemus Qui Curios simulant ac bacchanalia ui-
uunt, qui suum, non Christi quærunct commodum, qui
per bonas literas euecti, eas tamen oderunt cane peius
& angui. At de his nunc satis. De me etiā nihil amplius
addā: nosti enim Glareanum. Deus Opt. Max. Rcueren-
dam Clementiam tuā nobis diutissime incolumē ad Chri-
stianæ Reip. commodum seruare dignetur, Amen. Fri-
burgi Brisgoiæ Anno à Christi natali 1535. Cal. Martij.

A V T H O R V M

QVOS IN HIS ANNOTA-

tionibus citauimus, nomenclatura.

G R A E C I

Homerus.
Aristoteles.
Plutarchus.
Herodotus.
Strabo.
Ptolemæus.
Dionysius Halicar.
Diodorus Siculus.
Laertius Dioge.
Polybius.
Eusebius.
Pausanias.
Herodianus.
Suidas. Hesychius.

L A T I N I.

Virgilius.
Cicero. Liuius.
Sallustius.
C. Cæsar.
Lucanus.
Quintilianus
Seneca. Ouidius

Plinius
Syllius Italicus
Statius. Plautus
Columella
A. Gellius
Suetonius
L. Florus
Seruius
Macrobius. Boetius
Festus Pom.
Diomedes

R E C E N T I O R E S.

D. Erasmus Roterom.
Laurentius Valla
Guilielmus Budæus
Nicolaus Perottus
Angelus Politianus
Philippus Beroaldus
Catalogus Coss.

C O M M E N T A T O R E S.

Porphyrio. Acron
Landinus. Mancinellus
Io. Badius

IN Q. H. O.

RATII FLACCI LIBRVM I.

Carminum Henrici Glareani Poëtae

Lau. Annotationes.

ODE PRIMA.



DIFFICILIS est hæc Ode, quæ proæmij
uice fungitur. Exprimit autem uaria ho-
minum ingenia ac studia. Beneuolentiam
captat primis duobus carminibus: sequen-

tibus autem quatuor, gloriæ ac uictoriæ cupiditatem
in plurimis hominibus commonstrat: Ambitionem duo-
bus deinde sequentibus: Rursus duobus sequentibus diui-
tiarum amorem: Porro deinde rusticæ rei studium. Pen-
dent autem superiora à uerbo inuauat: sequentia uero ab,
Hunc si mobilium, à uerbo dimoueas: nec coniungen-
dum, illum Gaudentem, sed in Gaudētē nouum genus
incipit. Quæ obiter admonuimus, ut eo diligentius
à scribentibus distinguerentur.

¶ Terrarum dominos.) Haud dubiè amphibologia
hic est, Palma nobilis euehit terrarum dominos, hoc est,
Romanos, ad deos: Vel, Euehit ad deos, qui sunt terra-
rum domini. Verum ut Comici me sis gaudent, ita hic sæ-
cundis uocibus; quæ multis exponi possunt modis: ut est
uox, tergeminis honoribus, quæ ordinē triplicem popu-

li, Senatorium, Equestrem, & plebeium significare potest, ut quibusdam placet: quanquam reprehendere non possumus Acronis & aliorum expositiones, de quæstura, prætura, & consulatu.

¶ Attalicis conditionibus) Duo fuere Attali Pergamenorum reges: Alter Eumenis pater, qui secundo bello Punico Romanis aduersus Philippum Macedoniarum regem auxilio fuit, mortuusque est sub finem belli Macedonici, ut Liuius refert quartæ Decados libro 3. Alter Eumenis filius, etiamsi Eumenes Attalum ac Athenicum fratres habuerit, ut lib. 8. iam dictæ Decados fatetur Liuius. Hic Attalus Eumenis filius testamento heredem instituit Populum Romanum, alterius Attali nepos. Quod ideo annotandum duximus, quod commentatores mirum in modum historias duorum principum confundunt.

¶ Libycis areis, Cypria trabe, Myrtoum mare, Icaris fluctibus, luctantem Africum, ueteris masici, Mare sinus aper, speciem, ubique pro genere posuit, ut ferme consuetudo est non solum huic Poetæ, sed & reliquis seræ.

¶ Est qui nec ueteris.) Porphyrio ordinat: Est qui nec spernit pocula ueteris masici. Alij exponunt, nec pro uel: atque ita ordinant: Est qui spernit, id est, non uult demere de solido die, nec, id est, uel pocula ueteris masici, nec, id est, uel partem de solido die: quasi dicat, toto die indulget poculis. Sed id mihi uidetur coactum. Verum id uult dicere, ut puto, non dubitare quosdam de die, qui negocijs agendis destinatus est, aliquam sumere partem

partē ad indulgēdū genio. Ita Landinus intellexisse videtur, & post eū Mancinellus, cū Porphyriōis ordine.

¶ Neq; polymnia.) Ita uetus quorundam librorū lectio habet, ut, neq; priore carmine correptum, hic produxerit, ratione compositionis, quod ex nec & q; constatum uideatur. Et apud Plautum alicubi productum est. Quāquam alij libri, neue legū. Quidam etiā polyhymnia, contra Græcorum ac Latinorum consuetudinem legunt $\pi\epsilon\tau\tau\epsilon\sigma\iota\lambda\lambda\alpha\lambda\omicron\upsilon\pi$, cum sit $\tau\epsilon\tau\epsilon\gamma\epsilon\alpha\upsilon\lambda\lambda\alpha\lambda\omicron\upsilon\pi$ & in prosa, & in carmine.

O D E I I.

¶ Vidimus flauum Tyberim retortis

Littore Hetrusco uiolenter undis, &c.

Hetrusco (exponit Acro) id est, Tyrrheno quo influit Tyberis, Quæ uerba opinor, nemo intelligit. Tyrrheno certe littore non magis influit Tyberis, quam Latino, quippe qui separat Latium à Thuscia. Quæ uero Porphyriōni assuuntur, magis monstrosa sunt, ut ipso ordine notat lector. Ego littus pro ripa Horatium accepisse puto, ut sæpe fit apud Poetas: & flumen à ripa Hetrusca in Latium inclinasse, ubi Roma, atq; adeò Numæ templum erat: nec ullus relinquitur scrupulus, si sic exponamus. & sequentia uerba idem sonant, uagus & sinistra labitur ripa, &c.

¶ Siue mutata iuuenem figura.

Hic commentatores merito torquētur: est enim subobscurus sensus. Alloquitur Mercurium in Augustum figuratum.

4 IN I. CARM. HORAT.

guratum, perinde atq; ipse Augustus sit Mercurius, uidelicet qui subnectat, Serus in cœlum redeas. Est igitur ordo. Siue tu ales, id est, ò Mercuri, filius almæ Maiæ imitaris in terris iuuenem, scilicet Augustum mutata figura, patiens uocari Cæsaris ultor, ut patiebatur Augustus.

ODE III.

¶ Illi robur & æs triplex.

Hoc loco insurgit Poëta, quod Quintilianus de eo fatetur. In modis musicis, si fortè quis id tentarit, hoc optime apparet.

¶ Perrupit Acheronta Herculeus labor.

Tribrachys hoc loco est pro Dactylo, pit Acher, quod cæsura excusari potest. Tamen ego malim legere Perrupitq; Acheronta, ut ad Dædali audaciam hæc connectantur: Aëris ac terræ.

ODE IIIL

Ad P. Sestium uirum Consularem hæc Ode scribitur. Ceterum in catalogo Coss. hac tempestate P. Sestium non facile reperias: fortassis autem & alicui suffectus fuit, quanquam Consularis appellatur, qui uel Cos. fuerit, uel qui dignus ad eam dignitatem uidetur. Carmen quidam heptametrum appellant à numero pedum, quidam Octonarium, sed Brachycatalecticum, quod non displicet, quando illa heptametri appellatio apud authores rara est. Quidam etiam in secundo uersu legendum cōtendunt, Ducuntq; siccæ machinæ

ne carinas: pro, trahunt, uidelicet moti, quod sequenti-
bus eiusdem generis uersibus, perpetuo sit spondeus pri-
mo loco. At in Ode nona duobus primis uersibus spon-
deum ita diligenter posuit Horatius omnibus eiusdem
generis uersibus Odis, ut propè cauisset uoluerit de eo
pede: tamen nihilominus primo carmine lambum po-
suit, quem postea rarius usurpauit. Quare hoc quo-
queloco idem fecisse uideri potest, quanquam cum ne-
mine hac de re contenderim.

¶ - dum graues Cyclopum
Vulcanus ardens urit officinas.

Cur hic Vulcani fiat mentio nullus Commentato-
rum explicat. Ego ideo puto eius meminisse Poëtam sub
uerni temporis descriptionem, ut Ioui fulmina paret,
ad æstatem, qui hyeme, more hyemantium militum, in
olympo suo inclusus cum cæteris Dijs egregie potarit,
nunc æstate erigat cornua.

¶ O beate Sesti.) Et hic insurgit Poeta, quod in-
telligemus, si musicam huic carmini cōsonantiam bene
applicauerimus.

O D E V.

Hæc Ode tricolos est ac tetrastraphos, hoc est, qua-
terni uersus trium sunt generum. Nam primi quique duo
uersus sunt unius generis. Mancinellus ait hanc Oden
etiam tetracolon appellari posse, quod de sequenti ode
repetit, non intelligens alia ratione tricolon dici, alia
tetrastraphon. Prior enim appellatio à generum multi

PLICITATE sumitur, sequens autem, à conuersione, post
 quartum pedem ad primum. Itaq; hæc Ode tricolos est
 ac tetra, strophos, Sequens autem tetra, strophos dicolos
 non tricolos: sed neq; tetracolos, quod nomen nescio
 ubi inuenerit Mancinellus.

O D E. VI.

¶ Conamur tenues grandia. Distinguen-
 dum post grandia, ut sit appositiva constructio, refertur
 turq; ad omnia ante dicta. Mancinellus putat uel Merio-
 nes, uel Myriones legi posse: quod nescio quo auctore
 dicat, cum in Homero ubiq; sit *μυριόνης* Meriones.

O D E VII.

¶ Undiq; decerptā fronti præponere oliuā.
 Porphyrio nihil hic dicit, apud quem puto bene ha-
 buisse lectionem. Acro exponit, undiq; decerptam, id
 est, ex omnibus collectam. Deinde ordo est, inquit, præ-
 ponere fronti oliuam undiq; decerptā. Hoc itaq; huius
 antiquum uidetur, quanquam haud scio quam uetus sit
 Acro, qui Ode 1. lib. 3. Seruium allegat. Et Priscianum
 lib. 2. Epist. Videtur autem is idem Acro ex aliorum
 flosculis sibi sertum collegisse. Nam lectis in suum com-
 mentarium Porphyronis uerbis, assuit mira sepe em-
 blemata. Nisi forsitan, quod iniuria temporum fieri po-
 tuit, alius quispiam sciolus Acronis commentarium cor-
 ruperit. Quod quidā opinantur, Dij perdant inuidos,
 qui hoc feliciss. tempore, quo literæ passim reflorescunt,
 nō publicāt, imò opprimunt, Quapropter non opus ha-
 beo hic repetere quid Landinus, Mancinellus, & poste-
 riorum

riorū ingēs turba, hic somniauerint, ne lēctōrē prāter
 consuetudinē meā traham. Legendū itaq; putat D. Eras-
 mus, prāceptor noster, uir ad tollendos ex bonis autho-
 ribus errores natus. Vndiq; decerptæ frondi prāponere
 oliuā: ut sit ordo, quibusdā unū opus esse, oliuam prāpo-
 nere frondi undiq; decerptæ, hoc est, omnibus arboria-
 bus prāponere solent oliuam, arborem Atheniensibus
 gratam. Quasi diceret, quidam otium literarium, quod
 Athenis est, omnibus alijs uoluptatibus prāponere nō
 dubitant. Ceterum hic Plancius à quibusdā Numatius
 ab alijs Munatius, à nonnullis Numantius dicitur. Cum
 quo Cos. fuit M. Aemilius Lepidus iterū, Anno ab urbe
 cond. 712, ut in Catalogo Coss. retulimus. Meminit eo-
 rum Plin. lib. 2. cap. 31. & Suetonius in Tyberio.

ODE VIII.

In hac Ode temere quidam mutarunt uerba indica-
 tiui modi in coniunctiui, properes, equitet, temperet,
 idq; propter uerbum oderit. Sed non uiderunt in timet
 & latet id fieri non posse. Oderit haud dubie licentia
 carminis prō odit dixit.

ODE IX.

Huius generis forma Horatius adeo delectatus est,
 ut propè inuenisse uideatur. Ceterum primi duo quiq;
 uersus constant penthemimere iambica: ita tamen ut
 primo loco raro sit iambus, sed spondeus: secundo loco
 solus iambus, tertio syllaba perpetuo longa. Semel dūm
 taxat pro ea duas breueis posuit syllabas lib. 3. Ode 6.
 uersu 6. Tertius quisq; uersus Dimeter, iambicus, hyper-

catalecticus: sed ea lege, ut locis paribus perpetuo habeat lambum, at imparibus, primo quidem spondeum, rarius lambum. Tertio uero loco perpetuo spondeum, nunquam lambum. Hæc admonere placuit, quod aliter apud alios, ac perperam tradita legerimus. Præterea in plerisque codicibus Soracte primam breuem notatam reperiēbamus, cum apud Virgilium lib. 11. Aeneid. ac Syluum lib. 3. producta legatur. Ita etiam hic notanda ea syllaba longa.

ODE X.

¶ -Viduus pharetra.

Risit Apollo.

Seruius in 3. Aencidos, ubi Euander filium dimittens de Mezentio dixerat, tam multis uiduasset ciuibus urbem, ita habet, Proprie uiduasset dixit, quia urbs est generis foeminini, Horatius abusiue, & sanè incongrue in genere masculino posuit dicens, Viduus pharetra Risit Apollo. Hæc ille. Sed mihi quidem uidetur Horatius hæc non absq; uenusta gratia nouasse, ut pleraq; alia.

ODE XI.

Huius Ode uersus uno Choriambos superant primam Ode uersus, quod obiter propter inuenum memoriam annotauimus, quos præstat breuissimis duci rationibus in negotio sanè laborioso, quanq; maxime utili. Porro Leucothoën habent pleraq; exemplaria: Porphyrio tamen

tamen Leucononēn appellare uidetur, quāquam illud non magni refert. est enim nomen haud dubie à poeta fictum.

¶ Vt melius quicquid erit pati.

Porphyrio supplet uerbum possis. Alij exponunt, ut melius, pro quanto melius est. D. Eras. putat hoc ita dictum, ut apud græcos, ὥς παθεῖν.

¶ Sapias.) lubentis est, ait idem Erasmus.

ODE XII.

¶ Cuius recinat iocosa.

Recinat per primam uocalem in ultim. legit D. Erasmus, non recinet, neq; recinit. Nec libet ubiq; prosequi quoties commentarij ineptiunt, ut qui hic cōstruit, acri byra pro acri tibia. Et alter, qui non ita multo post legit, Qui rex hominum ac deorum, pro res. Non attendens si rex legatur, nullum esse sensum. Item alius Heliconem Phocidis montem facit cum sit Bæotia.

¶ Quod Sic uoluere.) Ita Acro legisse uidetur. supplet enim uel Dij uel pueri Leda. Alij legunt sic dij uoluere. quod sequi nolim, quando hic de Castore & Polluce loquatur. Sed lectoris esto iudicium.

¶ An superbos Tarquini fascēs.) Et id ambigue dictum. Commentatores fere de Priſco Tarquinio intelligunt. Fuit enim uir magnificus & honorum cupidus. Videlicet qui patriā Tarquinos ea de causa reliquerat, instigante maxime ad hoc Tanaquile uxore. Isq; primus & petisse ambitiose regnum, & orationem dicitur, habuisse ad conciliandos plebis animos composi-

tam, ut inquit Liuius. De superbo Tarquinio nemo scire
 nus opinor intelligit. Sunt qui de L. Iunio Bruto intelliga-
 gant, qui Tarquinio superbo eripuerit fascēs. Verum
 hoc pacto etiam de Collatino, qui & ipse Tarquinio
 dictus est, non Brutus, intelligi poterat. Cui utro etiam
 iniuria patriæ laudi fuit, quod in exilium uoluntarius
 concessit, nulla alia causa inuenta, quàm quod Tarquinio
 nij cognomen haberet. Nec minus opera libertas urbi
 bi parita quàm Bruti. Sed Horatius amat talia quædam
 ponere, ubi aut rixentur grammatici, aut ingenia sua
 diosorum exerceantur.

¶ (Regulum & scauros.) De Regulo omnes com-
 mentatores plus quàm commentantur. De Scauris pa-
 rum uel nihil ad rem. Neq; enim cum Horatius lauda-
 rit, quem in Iugurthino bello Sallustius suis pingit colo-
 ribus. Sed neq; is idem est, cum eo quem Valerius lib. 3.
 cap. 7. magnopere laudat. Qui bello Mithridatico ac-
 cusatus à Vario Sycronensi egregia interrogatione ius-
 dicium discussit, de quo utiq; locus hic etiam intelligi po-
 test. Verum enim uero de insigni aliquo si loqui eum pos-
 temus, erit haud dubie ille unus ex hac familia, Sylle-
 priuignus, de quo Plinius anxie sepius scribit, maxime
 tamen lib. 36. cap. 15. Quanquam hunc ab illo Valerio
 neq; distinguimus, nec tamen eum eundem facimus, uis
 delictet temporum ratione cōmoti. Et cum Plinius Cos-
 facit, Cum nos ex professo de Coss. scribētes uix locum
 ei designare possumus, nisi quod equidē suspicor, inter
 Acmilios, omisso Scauri nomine, sit connumerandū.

sed hæc atq; alia argutis lectoribus iudicanda relinquo.

¶ Fabritiumq;.) Mirum est quod Gellius lib. 1. cap. 14. de Fabritio refert, serè authores de Curio referre, ita ut quod de illis sit discrimen, non adeo sit clarum nisi quòd imperatores ambos fuisse frugi, perspicuū est.

¶ Fama Marcelli.) Porphyrio de Octauia sororis Augusti filio intelligit, cuius interitum Virg. lib. 6. *Æneidos* deflet. Acro, & de illo, & de M. Claudio Marcello, qui secundo Punico bello, & antea etiam, clarus fuit, exponit. Ego puto non de Octauia filio, sed de altero iam dicto intelligendum, qui Hannibalem secundo bello Punico uicit: alioqui ad Iulium ineptam fore comparationem.

O D E XIII.

¶ Certa sed manet.) Singulàri numero quidam legunt, & cæsura semiquinaria carmen excusant: alij pluraliter, quod geminatum singulare poscat uerbū plurale. Sed id uix annotatione dignū uisum est nobis. Porro sententia quæ ad finem huius carminis est, sumpta est ex Euripide ubi de Iphigenia in Aulide. Quam elegantissime uertit D. Erasmus Roterodamus, parens ac præceptor noster.

O D E XIII.

¶ Et hoc loco Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Quidam de Sexto Pompeio intelligunt, quod is ciuile bellum repetere, atq; renouare in Sicilia tentarit. Alij de M. Bruto, sub quo Poëta ipse militarit: quod Porphyrio uoluit. Et penultima duo

carmina hoc significant. Sed inquit alij, Brutus post pugnam Philippicam non reparauit bellum, uidelicet qui ibidem perierit. At ego puto, & in Brutum, & in omnes alios, res aduersus Augustū nouanteis, hanc scriptam oden. Amat enim Horatius ita quædam ambigua ponere, ut ante admonuimus. Et sunt hic quæ de Pompeij filio intelligi possunt: sunt item quæ de Bruto, quæ historiæ Romanæ docto, satis patent. Hoc etiam obiter annotare placuit, cōmentatores omnes in hac esse opinionione, hunc M. Brutum originē habere ab illo L. Iunio Bruto, qui Reges eiecerat, cū Dionysius illū absq; prole periisse dicat, & eos qui postea Iunij atq; Bruti cognominati fuerint, de plebe fuisse, non de genere patricio. Sed id quoq; dubium apud quosdam, hoc unum tamen uerum, ante consulatum plebeium neminem ex Iunij post hunc L. Iunium Brutum fuisse Cos. quod magnum argumentum est, deinde Iunios omnes plebeios fuisse.

O D E XV.

- Ut caneret fera
Nereus fata.

In commentario Porphyrii, si codices non fallunt, Proteus legitur. Et apud Statium priore Achilleidos libro Thetis, non Neræa, sed Protæa uaticinatum de bello Troiano dicit, Agnosco monitus & Protæa uera locutum. Ad hæc Herodotus lib. 2. multis uerbis ostendit sententiā Aegyptiorum sacerdotum, Paridem in Aegyptum ad Protæa deductum, ad quem postea Menelaus uenerit. Nec id omnino ignorauit Homerus, qui totum

totum *Odyssæ* quartum librum *Protei* uaticinijs impleuit. De *Nereo* nihil tale apud authores inuenio.

¶ - Et celerem sequi *Aiacem*.

De *Aiace* *Oilei* hoc intelligit *Mancinellus*, cui et nos subscribimus ob multos in *Homero* locos. De *Tela monio* uero *Aiace*, cum dicere putamus cum inquit, *Salaminius*. Nec id coniungendum cum sequente nomine *Teucer*, sed cum coniunctione legendum *Teucerq;*, quippe alioqui carmen non constaret. Quanquam id ita asseueramus, ut facile, si quid melius adducatur, in id consentiamus. Id etiam obiter admonendum, quod nomen *Sthenelus* ferme in latinis codicibus *Sthelenus* corrupte legitur. Id in quibusdam præterea nominibus accidisse in *Liuij* annotationibus testati sumus, ubi de *Caralibus* urbe *Sardiniae*. Quod si quis tamen contendat carmen bene habere, etiam si sit *Trochæus* primo in loco: quippe qui etiam ultimo huius odes uersu: *Ignis Iliacas domos*: ponatur, nihil aliud dicam, nisi me nihil asseuerasse, quanquam illo ultimo uersu, alij codices habent: *Ignis pergameas domos*. Sed et hoc lectori iudicandum remitto. Mirum uero quosdam hæc non notasse, qui in alijs rebus tam sunt curiosi, non tam ad rem, quam hæc facientibus.

O D E XVI.

-Imprimeretq; muris hostile aratrum.

Porphyrio, exponens hæc uerba ita ait: Hæc eadē ira, causa fuit delēdis urbibus usq; adeo, ut ubi fuissent muri, aratrū inducerēt. *Acro* autē condendis, inquit atq;

cucertendis ciuitatibus hæc consuetudo fuit, ut aratro fierent. hæc ille. Adijcit autem cum ex Virgil. tum ex Cicerone utriusq; rei exemplum: quorum quod ex Virgil. nulli non notum. Quod autem ex Cicerone suspectum mihi. Neq; enim ullum eius rei exemplum in historicis Romanis, quod sciam, legitur. Sed ut hoc habeat illud quod hic Poëta ponit, mihi de Ariete dictum intelligitur, eleganti per locum metaphora. Ideoq; adiectum hostile. Vide quid annotauerit Cælius lib. 14. cap. 5.

ODE XVII.

¶ Nec uirides metuunt colubros.

Badius colubras fœminino legit genere, quod magis ledant opinor, ut Virg. lib. 7. rabidaq; canes dixit. Idem in octauo deinde uersu legit: Ruris bonorum, pro honorũ, pudendo errore: cū carmẽ nullo modo id patiatur.

¶ Nec Martialeis hædilia lupos.

Post lupos non erit colon, ut Badius distinxit, sed post, Saxa, quod quarto deinde sequitur uersu, si Porphyriionem Acronemq; sequi uolumus. Cæterum carmen cæsura constat penthemimeri iambica ac duobus dactylis. Extremæ igitur duæ dictiones, hædilia lupos, pro duobus dactylis posite sunt: sed in his tribus syllabis, dilia, dactylus est pro anapæsto. Nam hædili, dactylus esse debebat, qui est antibachus. Reliquæ tres, à lupos, alterum dactylum efficere debebant, sed est anapæstus, propterea quod ultima hic est longa. Nusquam alibi in hoc carminis genere idem Horatius fecit.

¶ & fide Teia.

Teium

Teium Acro ait esse oppidū Arcadiæ, Porphyrio autē
ex Sallustio, Paphlagoniæ. Sed Strabo lib. 14. omnesq;
alii Geographi Ionum urbē in peninsula sitam ostēdūt.

ODE XVIII.

¶ Quæ subsequitur cæcus amor sui.

Attollens uacuū plus nimio gloria uerticē.
Ebrietatem tria subseq̃ui ait, Philautiam, Superbiā,
ac arcanorum prodicionem. Quidam pro composito
attollens, simplex legunt, tollens, ac coniunctione, &
præposita, exponunt & pro id est, ut philautia, hoc
est, amor sui sit gloria plus nimio tollens uacuum uer-
ticem. Poterat etiam coniunctio, &, poni in priori car-
mine post sui, quod apud Horatium est aliquoties, non
in hac solum, sed & alijs monosyllabis.

ODE XX.

Vile porabis.) Vile exponit Porphyrio, pro non
uetusto: atqui sequentia uerba aliquot annos significāt,
etiamsi non est certum, quando ei datus plausus sit in
theatro. Deinde nec illud notum, quando hanc scripse-
rit Oden Poëta. Quare ego magis probō quod alij exa-
ponunt, uile pro modici pretij.

ODE XXI.

¶ Vos lætam. fluuijs & nemorum coma.

Acro, Mancinellus, ac Landinus, & recentiores
quidam in accusandi casu Comam legunt, cum sit aufe-
rendi casus, non attendentes coniunctionem &, frustra
alioqui positam, si eum sequemur ordinem, quem illi fa-
ciūt. Landinus præterea matres legit pro mares puden-

do errore, qui rationem carminis uel ignorauit, uel, quod magis credo, nō animaduertit. Coma igitur legendū, ut fluuijs, ab eodem enim participio letam pendet.

O D E XXIII.

Vitas hinnuleo me similis Chloë.

Vitat legit Mancinellus. Idem in Acrone & Porphyrio legitur, si codices non sunt corrupti, quod equidem suspicor. Sed uitas legendum. Est enim apostrophe poetæ ad fugientem puellam, secunda, non tertia persona, quod ad finem Odes uerbum, de sine, satis indicat.

O D E XXIIII.

¶ Ergo Quintilium perpetuus sopor, &c.

Ergo uox indignantis aut dolentis est, quare multis uidetur non esse interrogatiue legendum. Porro quod continuo subiungit, uarie torquetur à commentatoribus. Ego simplicem puto ordinem, Cui parem, quando unquam inueniet pudor & incorrupta fides, iustitiæ soror, & nuda ueritas. Tria ponit numina, Pudorem, Fidem, & ueritatem. Fidem autem doctè ait iustitiæ sororem, quippe quæ iustitiæ est fundamētum, ut Cicero 1. Officiorum lib. testatur. Præterea hunc Quintilium sunt qui Varium Cremonensem intelligant, de quo in arte poetica nō ita multum ab fine. Certe Varus ac Varius duo eiusdem temporis uiri docti fuere, de quo non magnopere dubito. Varij multa apud hunc poetam mentio, Vari autem apud Maro, in Æglogis, Etiam si in Mœrin Virgilij Seruius eundem esse putat. Varum si perstitem Virgilio fuisse credo, Varium non item. quod

sum Eusebij traditione propius uerum est.

ODE XXVI.

¶ Quis sub arcto

Rex gelidæ metuatur oræ.

Quis nominatiui est casus, gelidæ autem oræ genitiui, non datiui. Loquitur autem Horatius de tempore suo, quando male aduersus Germanos ac Dacos pugnatum est, Notum enim est illud Augusti. Quintiliare legiones redde. Et timorem Romanorum intelligit, non subditorum regi Scythiæ, ut quidam insulse exposuit, quanquam illi ignoscendum. In plerisque enim ostendit se nihil iudicij habere.

¶ Pimplea dulcis.) Quidam absq; m in prima sylaba legunt, atqui Græcus Strabonis codex $\pi\iota\mu\pi\lambda\epsilon\alpha$ habet, & nono & decimo libro.

ODE XXVIII.

¶ Quamuis clypeo Troiana refixo

Tempora testatus.

Laertius Diogenes lib. 3. hunc clypeum apud Branchidas Cariæ oppido, in Appollinis templo fuisse memorat. Ouidius autem 15. libro Metamor. ait,

Cognoui clypeum leuæ gestamina nostræ

Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.

Quanquam eodem in loco quidam agris legunt. Id ego indicasse tantum lectori uolui, ut si quid certius apud idoneos authores inuenerit, id sequatur. cum neq; de personis conueniat, in quas Pythagoras mutatus fuisse fingitur.

¶ Negligis immeritis nocituram
Post modo te natis fraudem committere,

Acro in negligis supplet, si in committere, scias.
Porphyrio, negligis pro facile esse putas, extulit: Sed
haud scio num ullus parens committere uellet, quæ si
lijs nocitura putaret. Quare lectori hoc quoq; iudican-
dum relinquo. Simplicior est Porphyriionis expositio,
coactior Acronis.

ODE XXIX.

-Non ante deuictis Sabæ.

Regibus.

Acro exponit, Cum non sint
adhuc debellati, tu nectis iam catenas, q. d. ante deuic-
tos, nectis catenas. Ego puto eum dicere Arabiam Ebi-
cem à Romanis nondum bello tentatam.

¶ - Quæ tibi uirginum.

Sponso necato barbara seruiet.

Mancinellus hæc interrogatiue ac responsiue legis
quod mihi displicet & de uirgine, & de puero. Et ipse
uerborum contextus non admittit.

¶ Pollicitus meliora tendis.

Porphyrio ita habet, temnis, pro contemnis. At
ego ea uerba corrupta puto, legendumq; ad hunc mo-
dum: Tendis, pro contendis: quod antiquis frequen-
tissime & Nonius affirmat, & ueterum autoritas con-
probat. Certe hoc loco etiam melius congruit: ut sit
sus: Tu tendis mutare libros Panætij, & Socraticam do-
mum Iulicis Iberis, pollicitus meliora, hoc est, omnia
Philosophia, militiam sumere contendis. Atq; ita etiã le-
gitur

git D. Erasmus in adagio, Sursum uersus sac. flu. f. f.

ODE XXX.

¶ Et parum comis sine te iuuentas.

Acro, Aliud est, inquit, iuuentas, aliud iuuenta, aliud iuuentus. Iuuenta ætas putatur: iuuentas, ipsum nomen: iuuentus, adolescētia. Hæc ille. Quæ quàm bene seruentur apud authores, alijs iudicandum relinquo. Hoc unũ Grammatici considerent, cuius declinationis esse uelint nomen iuuentas pro numine: & quo pacto discrimine- mus iuuentam ætatem ab iuuentute, id est, adolescētia, quasi adolescētia non ipsa etiam sit ætas, nisi quis in Acrone legendum putet, adolescentes pro adolescētia.

ODE XXXI.

¶ Quid dedicarum poscit Apollinem.

Pro templo posuit, inquit Acro, Apollinem metonymice. Quod & Porphyrio innuisse uidetur, sed obscurius. Ego uero puto, epitheton quod templo tribue- dum erat, tribuisse Poëtam Apollini.

ODE XXXII.

Dulce lenimen mihi cunq; salue.

Rite uocanti.

Porphyrio cunq; pro quindocunq; positum est, inquit, ut sit, O dulce lenimen mihi quodocunq; te ri- te uocanti. hæc ille. quæ uerba uix intelligo. Quæ uero Acro ponit, minus. Mancinellus ordinem putat: Salue ô dulce laborum lenimen mihi cunq; id est, quodocun- que rite uocanti, id est, apto loco & tempore. Ego puto unum ex carminibus Horatii esse quod potuisset

melius facere, si non neuum etiam aliquando corpori
 inesse placuisset. Quod si quis cunque pro usq; expone
 ret, ut 6. Aened. iuuat usq; morari, fortassis non minus
 commode interpretaretur. Sed nimis sollicitum in omni
 nibus esse uitio datur.

ODE XXXV.

¶ Clauos trabaleis, & cuneos manu.
 Gestans ahenā.

Quidam aiunt trabali clauo infixum, prouerbiū
 esse in eas res, quæ nulla ætatis iniuria ruituræ sint, sed
 mansuræ perseueranter. Tu potius uide quæ Desides
 rius Erasmus Roterodamus ex Cicerone citat in adagio
 Herculanus nodus. Acro ait species tormentorum esse,
 quod & sequentia indicant Poëtæ uerba. Et Porphyrio,
 eleganti, inquit, conceptione hæc instrumenta fora
 tunæ accommodat, scilicet, quibus torquet, & cogit,
 implicatq; res humanas. Landinus credit esse pedicat
 ligneas. Ego quid amplius dicam non habeo.

¶ Te spes, & albo rara fides colit
 Velata panno.

Mirum est quæ in hoc ioco & Acro, & Porphyrio
 philosophentur de fide, cur rara dicatur, quod à pau
 cis colatur; deinde etiam panno uelata, quod pauperes
 magis fidem seruent. Ad idem facere pannum, subfori
 dum uocabulum: Et album, quod à senibus etiam matu
 rius colatur. Adjicit Porphyrio propter honestatem
 fidelitatis album pannum dixisse Poëtam. Ceterum id
 magis mirum quando exponunt: Nec comitem abnegat

si aduersa incidat: quippe quæ sic etiam fidem secum auferat, ut inquit Acro. Porphyrio adijcit etiam hoc dupliciter intelligendum, ut fides illis ne habeatur, nec seruetur. Hæc cum lego, suspicor, quod res est, iniuria temporum horum uirorum commentarios corruptos. Nam longum esset omnia prosequi. Ego Horatium puero non de quauis fide, sed de uera hic loqui, quæ sanctissimum humani pectoris bonum est, ut inquit Seneca, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur premio. Vre, inquit, occide, non prodam. Cui Numa Pompilius Solenne instituit, ut Liuius lib. 1. describit. Vulgarem autem fidem esse, de qua paulo post Horat. At uulguis infidū, & meretrix retro Periura cedit. Nec eo in loco mutandum, at, in et, ut quidam sciolus mutare ausus est.

ODE XXXVI.

¶ Cressa nec careat pulchra dies nota.

D. Erasmus in adagio, Creta notare, ait quosdam legere, Thressa nec careat pulchra dies nota, propter uerba Plin. lib. 7. cap. 40. de Thracum moribus: quibus ego planè subscribo.

ODE XXXVII.

-In campis niualis

Hæmonia

Vel ex hoc loco conijcere licet Acronis commentarium esse post Porphyrionem coaceruatum. Nam cū ille de Hemonia parum uel nihil diceret, Acro adiecit ab Hemo Thraciæ monte, nec hoc contentus, sed ibi etiam

etiam pugnatum esse adnectit, nec quando, nec abs quo explicans. Virgilij etiam carmen nihil ad rem faciens subiicit. Sed omnium absurdissimum quod constructio nem confundit, ut fatale monstrum (inquit) daret cæcis in campis niualis Hæmonia. Quasi Augustus Cæsar cum Antonio ac Cleopatra in Thracia, non in Epeiro pugnauerit: quæ Antonius Mancinellus recte, quamuis obiter notauit. Sanè Hæmonia non ab Hæmo monte Thraciæ, ut uoluit Acro, & innuit Porphyrio, sed ab Hæmone Thessali parente, à quo postea Thessalia nomen habet, ut ad finem libri 9. refert Strabo, dicta est. Thessalia autem Macedonia à meridie est, Thracia à septentrione: cui & mons Hæmus à septentrione. Quare non paruus error, si Straboni credimus, quæ tantum distant, alterum pro altero exponere.

ODE XXXVIII.

¶ Displacent nexæ philyra coronæ. Angelus Politianus lib. Miscellaniorum cap. 72. multa de philyris ac lemniscis in hunc edisserit locum, quem Acro non uidetur intellexisse. Mancinellus tamen non neglexit, à Politianone monitus ignoro. Nam eodem uixisse illos tempore notum est.

ANNOT. IN I. CAR.

FINIS.

IN Q. HORATII

LIB. II. CAR. HEN. GLAR.

ANNOT. ODE I.

Motum ex Metello consule ciuicum.
 Acro ait Pollionem rem inchoasse pericu-
 losam, à Lentuli & Marcelli consulatu coeptam, quam
 alius tamen repetierit à Metello Celere & Afranio
 Coss. Hæc quidem intelliguntur, sed quod statim sub-
 iungit: ex Metello ideo, quia fuit Syllæ collega. de hoc
 Metello intelligi non potest, qui Celer dictus, cum Afra-
 nio Cos fuit. sed de Pio. Porpyrio etiam de Celere intel-
 ligit, atq; adeò Mancinellus, qui uerbis tamen L. Flori
 motus, non omnino inepte hæc exposuit. Quidam de
 Metello Numidico intelligunt: uidelicet à quo inter Ma-
 rium ac ipsum primum, priuatum est ortum odium,
 quod postea inter eundem Marium ac Syllam in publi-
 cum uertit. Verum illi nullum tempus distinguunt cer-
 tum, nisi quod à tempore Iugurthi belli, quot uero an-
 nis interrogati, respondere non possunt. Quare dili-
 gentius hæc notanda duximus, Bellum inter Cæsa-
 rem atq; Pompeium coepisse anno ab urbe cond. 706.
 Metellum autem Numidicum Cos. fuisse anno ab cond.
 urbe 645. à quo uerisimilius est repetisse historiam
 Pollionem, quàm uel à Metelli Pij consulatu, qui fuit
 anno 674. cum L. Cornelio Sylla: uel à Metelli Celcris
 cum Afranio, anno 694. duodecim duntaxat annis an-
 te initium belli Pompeiani. Porro in commentario

Acronis paulo post etiam hoc corruptum est. Crassus enim, inquit, amicitiarum fœdus ad tempus tenebat: quo mortuo Antonius, Augustus, & Lepidus facti Pompeio imperatore collisi sunt. Hactenus ille. Quæ uerba ut restitui debeant, lectoris iudicio relinquo: non enim magna mihi de hoc authore cura. Multa enim similia in ipso reperias, ut quæ paulo post de alca scribit nihil ad rem facientia.

¶ Mox ubi publicas Res ordinariis.

Porphyrio exponit: Vbi historias, quæ publicas res continent, ordinariis, id est, describeris. Nec secus Acro ac Mancinellus. Ego uero puto uenustius intelligi de ipsa rep. quasi Pollio tantæ authoritatis fuerit, ut suo consilio Remp. tranquillâ facere possit, quippe de quo paulo post dicturus est, Et cōsulenti Pollio Curia.

¶ Iuno & deorum quisquis amicior Afris.

Amphibolon in comparatiuo, amicior. Nam uel ad Iunonem, uel ad populos comparatio fieri potest, amicior Afris quàm Romanis, uel, amicior Afris quàm Iuno, quæ Afris maxime amica fuit.

¶ Qui gurgēs, aut quæ flumina.

Acro ait esse Tapinosin, secutusq; est eum Mancinellus. Verum sic gurgēs pro mari exponeretur. Nam ita est in i. Acneid. exemplo, quod Acro adducit, Apparerent rarinantes in gurgite uasto. Quorsum igitur non ster Flaccus adderet, quod mare Daunie Non decolorare uere cædes, si Tapinosis hic esset? Ego puto uere posuisse gurgitē, quasi diceret, Nullā propemodū lacunā esse, in quam

In quam non aliquid Romani sanguinis influxerit, per hyperbolen.

O D E II.

¶ Inimicæ lamnæ Crispe Sallusti.

Acro sic ait, & uult intelligi Sallustium occultare diuitias. Sed cur Flaccus tum inimicum lamnæ uocat Sallustium? Verum nec huius Acronis errata, si eius sunt, ac non potius impostoris alicuius, sub nomine Acronis, & longe minus Christophori Landini intollerabiles errores in animo est ubiq; persequi: ut quod paulò post Acro exponit de Gadibus: rursus de Phraate rege Persarum, Cyri ut ipse ait, filio. Phraorten autem legendū hic puto. Est enim hoc regum Medorum nomen, ut Deiocis filij apud Herodotum libro 1. Quid autem de hoc Phraorte præter Appianum in libro Parthico, & Mancinello non neglecta, adferam non habeo. Eexemplum certe est cuiusuis in humilem deiecti ex alto locū, ac deinde rursus restituti. Illud autem, uterq; Pœnus, de imperio intelligo Carthaginensi, & in Africa, & in Hispania: fortassis etiā allusum ad utranq; Carthaginē.

¶ Dissidens plebi numero beatū

Eximit uirtus.

Et beatū legi potest, & beatorum, ut sit uersus hypermeter. Vele ex hoc loco coniectare licet, qualis coarctuator fuerit uel Acro, uel alius sub eius (ut diximus) nomine cum suo ordine: quem secutus est Landinus, relicto Porphyryone, ut nihil dicam de nouo quodam annotatore, nuper orto. Sed nomen lubens obticeo.

ODE III.

¶ - Et nimium breues
Flores amœnæ ferre iube rosæ.

Acro brevis genitum casus esse putat, uerum ipse
amœnos legisse uidetur, quod non displicet: quanquam
hæc lectio bene habet.

- ¶ Et infima

De gente sub dio moreris.

Omnes sub Dio legunt. At Seruius in 12. Aeneidos
super hoc Virgilij carmen, Diua deam, stagnis quæ sua
minibusq; sonoris Præsidet uidetur sub diuo legere,
quanquã ea Seruij uerba corrupte in plerisq; codicibus
leguntur: nobis locum indicasse lectori, satis uisum est.

ODE IIII.

¶ Xanthia Phocœi Mancinellus Xanthia in ge-
nitio casu legit, exponitq; Troianæ. At Porphyrio ad
Xanthiam Phocœum hanc Oden scriptam testatur.
Ideoq; Xanthia uocatili casus existimandum. Nam
proprium ancillæ huius nomen, Phyllis subiungitur. Ve-
rum pusillum hoc, ac uix annotatione dignum.

¶ Cuius octauum trepidauit ætas
Claudere lustrum.) Lustrum pro spacio quinque
annorum dixit, sed improprie, ut uulgo. Nam proprie
ea uoce usus est Ode 14. lib. 4. Carmin. Fortuna lustrum
prospera tertio. Rursus improprie ode 1. lib. 4. Car.

ODE VI.

In hac Ode multa sunt in Acronis commentariis
corrupta, ipsiusne authoris culpa an librariorum, in-
uita

tunc temporum, non facile pronunciauerim. Primum cum dicit fateri Horatiū Septimio tanta gratiæ necessitudine astrictum, ut si uelit, ad ultimas mundi nationes ire se cum eo promittat posse: cum Poëta contrarium asseueret, Septimium cum Horatio iturum, si Horatius poscat. Deinde quod Cantabros gentem putat nondum uictam, quam ego uictam puto tunc recens, sed nondum suetam iuga imperij Romani ferre. Deniq; de Maura unda, quod inquit, propter Africanam addidit Maura, quia utraq; Libya dicitur, nō bene intelligitur: sed Mauram (ut ego puto) ob uicinitatem dixit, ut Persas pro Parthis, & similia multa apud Poëtas. Quod si legeretur in Acrone: pro Africana dixit Maura: id certe intelligeretur. Omitto quæ de Phalante dicit, prorsus etiam ut puto, corrupta. Porphyrio de Cantabris, eiusdem cum Acrone est opinionis. Ceterū pellitas oues dixisse Horatium idem ait, quod Tarētina oues pellibus teguntur. Id corruptum puto, nisi Porphyrio crediderit esse aliquas oues absq; pellibus.

¶ Et amicus Aulon.

Acro Virgilij carmen ex 3. Aeneidos allegat, Auloniq; arces, & nauisfragum Scylacæum. Seruius autem eodem in loco hunc Horatij locum allegat, ut mihi uerisimile fiat Aulonis apud Virgilium legendum, non Caulonis. De eodem enim monte loquuntur. Neq; seruius tam indoctus fuit, ut ignorarit Caulon hoc in loco carmen non suscipere. Sed iudicet lector. Plinius enim Caulonis oppidi meminit libro tertio ca. x. & Strabo lib. 6.

28 IN II. CARM. HORAT.
ait Cauloniam post Sagram olim Auloniam nominatam.

ODE VII.

Ad Pompeium hæc est Ode, non ad Pompilium, ut male legitur in Acronis commentario. Porphyrii commentarij utrunq; nomen habent. Vnde coniiciendum à librarijs corruptum esse. Mancinellus dubitare uisus est: inclinat tamen eo, ut Pompei malit legere, propter carmen. Si enim, inquit, Pompili meum legas, erit Trochæus secundo loco, extra carminis usum. Imo uero ego miror aliquem esse qui hæc inculcare doctis audiat. Hoc etiam in eadem ode lectori perpendendum, quod & Acro & Porphyrio aiunt, Veneris iactum numerum habere tricenarium, nam ego sanè non intelligo.

ODE IX.

Acro ait Valgium fuisse consularem, quod ego uix credo, etiamsi hoc idem Porphyrio adserat, quanquam consularis dicitur etiam qui non fuerit Cos. sed dignus consulatu, ut supra quoq; diximus. Fieri etiam potuit, ut alicui fuerit subrogatus.

¶ At non ter æuo functus.

Elegans est Nestoris periphrasis. Vnam autem ætatem (inquit Acro) triginta annos ponebant. Herodotus autem lib. 2. ubi de sacerdote Vulcani, qui Aegyptijs Serapthon dicitur, in centum annis tres ponit ætates. Quæ supputatione triginta tres anni, ac menses quatuor uenirent in unam ætatem. Si Ouidium audire uolumus, lib. 12. Me tamor, ætas erit centum annorum. Verisimile est quod Acro ait: & fortassis hoc ad Saturni motum supputatum. Medumq;

¶ Medumq; flumen.

De Araxe, Tigri, & Euphrate intelligi potest. Quanquam ego de Araxe & Euphrate malim. In Acronis commentario Euphrates Indorum dicitur flumen, sed corrupto ut puto codice. Porro quod de Gelonis ait, longè sanè nomē petatum, cum Romani ultra Albim fluium nihil habuerint. Geloni autem Budinis uicini, ut lib. 4. Herodotus asserit, inter Sarmatas enumerentur, non ultra Albim modo, sed etiam Vistulam emoti.

ODE XI.

¶ Hadria diuisus obiectio.

Scythen pro Daco posuit, inter quem & Italiam, Hadriaticum mare interiacet. Est autem id consuetum non huic modo Poëta, sed omnibus alijs. Ita paulo superius de Gelonis etiam dixit. Acro autē ait: Hadria gens septentrionalis: mare enim prospiciens, figurate Hadria genere neutro protulit. Quæ uerba ut puto, à nomine intelliguntur. Poterant autem corrupta uideri, si non sæpius ita peccaret. In Porphyrione uero pro his uerbis: interfuso mari nobis remoto, legam interfuso mari à nobis remotus: ut de Dacis loquatur, à nobis mari interluente semotis. Ideoq; minus eos timendos.

ODE XII.

¶ Me dulcis dominæ musa Liciniæ.

Ci syllabam in masculino antea corripuit: Rectius uices Licini: hic in fœminino produxit. Quod ideo admonemus, ut appareat non recte de hoc nomine præcepisse, qui syllabarum rationem nostra ætate scripserūt: de

quibusdam loquor. Deinde, in dulcis, manifesta amphibologia dulcisne musa, an musa dominæ dulcis: Denique an dulcis cantus, pro dulcis, ut sit sæpe. Porro Acro, Licinia, inquit, aut uxor Mecænatiss, aut ipsius Horatij amica. Mihi uero ineptum uidetur de Mecænatiss uxore hoc intelligere. Quis enim probam mulierem ita laudaret?

O D E XIII.

Acro statim ab initio ita facit ordinem: Arbor, ille quicumque; produxit te primum, in nepotum perniciem, & obprobrium pagi posuit. Ego autem ita puto ordinem esse: O arbor quicumque; te primum produxit, ille posuit te, & sacrilega manu, & nefasto die, in nepotum perniciem, obprobriumque; pagi, ut etiam uoluntas eius mala exprimatur, quemadmodum sequentia indicant.

¶ Nauita Bosporum

(Pœnus perhorrescit.)

Porphyrus coniungit his uerbis quod præcedit, in horas q. d. In horas, hoc est, non semper, sed tum, cum periculis proximus sit, hominem periculum timere. Quod autem nauitam pœnum ait, facit propter distantiam: nam ideo Pœnus magis horrescit. Græci Βόσπορος scribunt, non Βόσφορος, à bouis transitu, quasi tam angustum mare, & uadosum, ut bos tranare queat.

Vtrumque sacro digna silentio.

Acronis quidam codices habent, Vtrumque; id est, omnia supradicta: sed ea aut corrupta, aut assuta puto, quia paulò post, Vtrumque; (inquit) aut Sapphò, & Alæcæum

seum, aut fugam & pugnas. Porphyrio recte hoc, ut
pleraq;

ODE XIII.

¶ Non si trecentis quotquot eunt dies.

Acro tricenis exponit per menses singulos, id est,
quotidie, ad tricenos mensis dies referens, sed id inapte,
cum carmen tricenis nullo pacto admittat: sed trecentis
per e, cuius prima est brevis, quæ in tricenis longa,
quemadmodum in triginta, ut testatur Laurentius Vale-
la, literarum optimarum uere princeps.

¶ Tinguet pauimentum superbo.

Et Acro, & Porphyrio exponunt superbo pro
ipse superbus: alij pro optimo, & nobili uino, quod &
mihi placet. Ceterum potatorem per hyperbolem ait
ita prodigum, ut multum uini potando, quemadmodum
fit apud bibones, in terrâ fundatur: quod ob ineptam
cuiusdam annotatoris expositionem dicimus, qui in
huc Poëtam adeo ineptiuit, ut indignus uideatur uenia.

ODE XV.

¶ Vndiq; latius Extenta uiscentur Lucrino.

Et Acro & Porphyrio exponunt, non latius exten-
sa, sed latius uiscentur. At alijs contrarium uidetur, qui-
bus lubens ego subscribo. Puto enim poëticam esse hy-
perbolem: quasi dicat: Piscinæ latiores nunc instituun-
tur, quàm sit lacus Lucrinus.

¶ -tum uiolaria, &

Myrtus, & omnis copia narium.)

Legendum, tum uiolaria, Myrtusq; & omnis con-
pia narium. Alioqui Trochæus fuerit primo loco: quem
hoc carmen hoc certe uersu non suscipit.

¶ Nulla decempedis
Metata priuatis, opacam
Porticus excipiebat Arcton.

Dicere uult, priscis Romanis non fuisse, ut nostri
seculi hominibus, porticus, quæ septentrioni essent ex-
positæ, atq; ita Solis minime obnoxij caloribus. Itaq; ex-
cipiebat Arcton, exponendum est, exposita erat septen-
trioni. Acronis uerba mirum quàm hoc falso exponit.
Nec quisquam sensus ex illis elici potest. Domos autem
quæ septentrioni ac ortui erant expositæ, non ob ima-
bram modo amabant, sed etiam ob sanitatē. In Porphy-
rionis autem commentario legendum, ædificans decem-
pedis porticum, non decempedum. Hoc corruptū erat
uel temporum iniuria, uel ab aliquo sciolo, ut fieri so-
let. Ideoq; annotatione dignum in bono authore.

O D E XVI.

¶ Nec leueis somnos timor aut cupido.
Sordidus aufert.

Cupidinem hic non puto, inquit Porphyrio, pro
amore posuisse, sed pro cupiditate, quare miror mascu-
lino cum genere cupidinem dixisse, cum hac significa-
tione hæc cupiditas dicatur. Hæc ille. Imo ego miror an-
usquam apud Horatium aliter, quàm genere masculino
cupidinem inuenerit. Fieri autem potest, ut hoc quoq;
Porphyrii assutum sit, quemadmodū sepe alia aliis.
Letus

¶ Lætus in præsens animus.

Laurentius Valla lib. 4. elegantiarum exponit in præsens, id est, in præsentiarum, quod aduerbium nusquam apud ueteres reperias. Quamuis etiam Perotus, atq; adeo nostra ætas sæpe utatur. Porro in commentario Acronis in hanc oden, quædam sunt planè inepta, sed quæ ego temporum iniuria corrupta puto. Vt bis Afro pro Tyrio, sicut Indum pro Carthaginensi. Quis enim unquam Carthaginenses Indos nominauit? quare ego Tyrium pro Indum legendum existimo. Item paulo ante: Tibi amara, & quæ sequuntur, à nemine intelliguntur. Verum hæc omnia prosequi, nescio quid utilitatis lectori afferre queat, ideoq; iā molestus esse desino.

O D E X V I I.

¶ Vtrunq; nostrum incredibili modo
Consentit astrum.

Seruius in 1. Georg. ad illud Virgilij: Quæ locus Eri-
gonem inter Chelasq; sequentes Panditur: ita ait, Aegy-
ptij xij. ponunt signa. Chaldei xi. Nam Scorpion &
Libram pro uno accipiunt. Chelæ enim Scorpj faciunt
Libram. Hæc ille. Ita hoc loco, Flaccus noster Libram
& Scorpion pro uno horoscopo usurpat, quanquam
Scorpionem eius horoscopi uiolentiorē partem, Capricornum uero alterum horoscopum, ideoq; ab ipso
adicatum Vtrunq;: quod ideo admonemus, ne quis emen-
det utcunq; pro utrunq;, ut quidam fecit. Quod autem
Acro, atq; cum secutus Mancinellus, horæ, dicat esse da-
ctij casus, cum sit genitiui, lectori iudicandum relinquo.

14 IN II. CAR. HORAT.
nam ego, ut ingenue fatear, horum subtilitates non in-
telligo: sicut nec planè quæ in Acrone paulò antè præ-
cedunt uerba.

ODE XVIII.

Hoc genus carminis in præsentī Ode rectè Acro-
docuit: quod ideo admonemus, quòd in Aldico codice
hoc corruptum est, quem nostra etate ferè librarij
absq; iudicio libros excudentes secuti sunt. Ceterum
marmora ex Hymetto monte excisa, Acro Thebaica di-
cta asserit, Porphyrio Achaica. Strabo meminit eorum
libro nono, sed absq; cognomine.

ANNOT. IN II. CARM.
FINIS.

IN Q. HORATII

LIB. III. CAR. HEN. GLAR.
ANNOT.

ODE PRIMA.

S Omnis agrestium Lenis uirorum.
Ordo est, inquit Acro, Lenis somnus agrestium
uirorum non fastidit humiles domos, & umbrosam ri-
pam, & non fastidit desiderantem quod satis est. Hæc
ille. In quibus bene habent quæ præcedunt, at quod
assutum est, male habet: nam in Ode ipsa distinguendum
est ante, Desiderantem, neq; ea connectenda sunt supe-
rioribus. Ad idem pertinet, quod paulò post subnectit
idem

idem Acro, Hic autem conuertenda est oratio (inquit) ut tumultuosum mare, & seuus impetus cadentis arcturi, aut orientis hœdi non sollicitat somnum, & cœtera similia, non ad somnum hoc referendum, sed ad Desiderantem. Hæc ille. At dicet aliquis, nemo in hoc Acronem sequitur. Video, sed cur huius Acronis auctoritas mihi obijcitur? qui manifeste tot erroribus cõuincitur, quem quidam etiam Porphyrioni præferunt. Sed suspicor uerum Acronis commentarium alicubi latitare, & nobis relictas eius paleas in nostris codicibus.

¶ Quod si dolentem nec Phrygius lapis.

Per Phrygium lapidem & Acro, & Porphyrio Synadicum marmor intelligunt, ab urbe Synada Phrygiæ. Cuius urbis Strabo lib. xij. meminit, non ita longe à fine: meminit & Ptolemæus. At Plinius lib. 36. cap. 19. aliter de eo lapide sentire uidetur, ad finem prorsus eius capitis, quod lectori indicare duntaxat uolui, ac ipsum suo relinquere iudicio, ut in alijs plerisq; facimus.

ODE II.

¶ Mors & fugacem persequitur uirum.

Fugacem, inquit Acro, qui fugat, agentis est, & non patientis. Hic uide studiosè Lector discrimen inter Acronem ac Porphyrionem: nã quæ iam posuimus uerba Acronis sunt, nihil sanè ad rem: fugax enim dicitur non qui fugat, sed qui facile propter timiditatem fugit. At quæ continue subiungit idem Acro, ostendit

86 IN III. CAR. HORAT.
eos magis periclitari qui fugiunt. Hæc uerba bene habent, sed ex Porphyryone uidentur sublesta.

ODE III.

¶ Castæq; damnatum Mineræ.

Manifeste Horatius Iliion genere neutro profert, ut Virgilius, Homerus nunquam, nisi Iliados is. non ita longe ab initio εἰσὸν ἄχαιοι Ἰλίου πύργῳ. Id tamen carmen notatum est, tanquam δ' γνήσιον. Sed & in Horatio fortassis legendum damnatum, non damnatum.

¶ Bellum resedit protinus.

Protinus, inquit Acro, id est, dehinc, ut Virgilius. Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes Albane coluere sacrum. Placet hæc expositio, sed oportebat, tunc, distinguere ante protinus, quod & sonantius sit propter duas, quæ sequuntur, copulas.

¶ Omne sacrum rapiente dextra.

Non Romanorum scilicet dextra (inquit Porphyrio) sed decorum, qui cogunt aurum in usus Romanos. Hæc ille. Quæ uerba ego planè non intelligo: Fieri autem potest, ut ex Acronis assumentis in Porphyronis commentarium uenerint. Ego sensum authoris esse putato: Roma fortior ut spernat aurum, quàm ita cogat in humanos usus, ut ne sacris quidem parcatur, quemadmodum sæpe fieri solet, sacro illo auri amore. Obiter etiam notandum in hac ode apotheosin esse Romuli, cū obliqua purgatione impietatis Romanorum in illum nuper perfidia Fimbriæ euersam. Meminit Florus lib. 33. in

in epitome, ubi C. Fimbria dicitur: In Porphyrii
commentario Flavius, si codex non fallit. Hæc pro totius
Ode sensu dicenda duximus. Nam commentatores pri-
ma quæq; explicant, ut de uiro iusto, omittentes Poëtæ
propositum.

ODE IIII.

¶ Descende cœlo, & dic age tibia.

Encomium est musarum studiij; poëtices totam
per oden, deinde quantum ingenium uiribus corporis
præpollcat (id quoq; ad omnium studiorum humanio-
rum laudem attinet) exemplis ostenditur. Porro de mul-
tis hæc in ode cum alijs dissentimus, præcipue uero cum
Acrone. Primum quidem, cum inquit: Descende cœlo,
id est, Desine loqui cū dijs, id ita etiã alij exposuerunt.
Quamquam simpliciter de Musis intelligi potest, ut è cœ-
lo influant. Verum cum idem ait, Tibia descende cœlo,
hoc prorsus inepte ponit. Nã tibia ablatiu est casus, ut
ex uoce & fidibus. Nec hoc mihi placet, quod, auditis,
ad Calliopen refert, cum ad sodales loqueretur, ut ipse
etiã Acro paulo post uelut sui oblitus, refert. Velut in-
terrogans (inquit) sodales suos dixit: An me ludit amabi-
lis insania? Quod uero lucos Elysij idem Acro intellexe-
rit, id sanè miror, mihi minime uerisimile uidetur. Tole-
rabilius erat, quod Acherontiam Apuliæ ciuitatē facit,
cum Porphyrio Lucaniæ dicat esse. Et Plinius Acheron-
tem fluuium in eadem ponat Lucania. Nam Venusia in
confinio erat duorum populorum. Vnde & lib. 2. Ser-
monum ipse de se dicturus est: sequor hunc, Lucanus

an Appulus anceps. Nam Venusinus arat finem sub
utrunq; colonus. Idem de Ferento dicimus. Porro idem
Acro ubi paulò post inquit: Ordo: Camæne, ego uester
infans animosus, nō sine Dijs, distinguendum puto post
infans, nec sequentibus coniungendum uerbis.

¶ Nec Sicula Palinurus unda.

Palinurus, idem Acro inquit, Promontorium est
Sicilie. Hoc apud neminem inuenio authorem, sed
omnes Lucanie fatentur promontoriū: quod admonen-
dum duxi, si fortasse librariorum culpa hoc irrepserit.

¶ Vtcunq; mecum uos eritis.

Vtcunq; pro ubicunq; exponit Porphyrio, et
post cum Acro. Verum exempla Virgilij, Ouidijq; ut
ad rem faciant non uideo, etiamsi hanc expositionem
hoc in loco Horatij non reiicio. Quidam utcunq; ex-
posuere pro quodocunq;

¶ Et arenteis arenas

Littoris Assyrij uiator.

Arenteis (idem inquit Acro) id est, calentes. In Assy-
ria enim regione Persarum uehementior est Sol. Hec
ille. Ego magis credo Assyriam pro Syria dixisse, ut
sepius alibi: nempe superioris lib. Ode xi. Assyriacq; nar-
do: quod et Acro, et Porphyrio eodem loco fatentur.

¶ Vos Cæsarem altum, militia simul
Fessas.)

Ordo est (inquit Acro) uos recreatis Picrio antro
Cæsarem altum militia. Hec ille. At ego malim ante mi-
litia distinguere, ut sit sensus, militia fessas: Nisi quis ita
a Poeta

Poëta dictum putet, ut ad utrunq; referri queat, ex τῶν μετῶν numero. Altum militia, & sessas militia, ut quidam etiam exposuerunt.

¶ Vos lene consilium.

Due breues syllabæ in Penthemimere pro una longa, Vos lene consilium. Sicut Ode 6. paulo post, uersu sexto. Sed id admodum raro.

¶ Qui rore puro Castaliæ lauit Crines solutos
Castaliæ fons Lyciæ (inquit Acro) ubi Apollo armentum dicitur pauisse. Hæc ille. Quæ si ab ipso aethore scripta sunt, nã ille egregiè insipiens est. Quid porrò ego suspicer, dicere supersedio. Paulò post ad illud Poetæ, Vis Consilii expers mole ruit sua: ex Porphyrione ait: Generalis est sententia, sed specialiter pertinens ad Gigantes, ubi quidam codices pro sed habent, nec, haud dubie librorum errore.

ODE V.

Vel moriendum, uel uincendum bellatori scribit, exemplo M. Attilij Reguli, cuius concionantis uerba hic ponit, atq; ipsius uiri ingens Encomium.

¶ Pro Curia, inuersiq; mores.

Inuersos autem dixit mores (idem inquit Acro) hostium, quia uictores erant, non quod iam non essent sub Romanorum iugo positi. Hæc ille. Primum haudquaquam hostium ad mores connectendum, sed ad socerorum. Deinde quæ in eiusdem commentario sequuntur uerba, à me non admodum probantur, atq; adeo ea corrupta puto Porphyrio recte hæc extulit.

¶ Si non periret immiserabilis.
Captiua pubes.)

Hoc genus carminis in *caesura* Penthemimeri perpe-
tuo habet longam apud hunc Poëtam syllabā, idq; stu-
diose, imò propemodum religiose obseruasse uidetur.
Quare ego perirent legam. nota est figura. Pars in
frusta secant.

¶ Vidi ego ciuium
Retorta tergo brachia libero.

Mirum uero in Acronis Porphyronisq; commen-
tarijs hæc uerba de Romanis militibus exposita, sequen-
tia autem de Carthagenensibus: Secutosq; hos & Man-
cinellum, ac Landinum, cum totus hic locus de Cartha-
ginensibus intelligendus, ut recte Badius in hunc Poëtam
annotauit, quæ non priuandum hac debita laude uolui.

¶ Sic pugnat extricata densis
Cerua plagis.

Si legerimus sic, coniungenda sunt hæc uerba supe-
rioribus, Si aut, si, posterioribus annectemus. In Acro-
ne ambiguam reperias expositionem. Et paulo post.

¶ Hic unde uitamsumeret inscius:

Idem Acro exponit, Hic, in bello, ut hic sit aduer-
bium, cum uideatur potius pronomen. Illud non minus
ineptum, quàm puerile, quod exponit.

¶ - Ut capitis minor. Id est, ut insanus. Minoratio
enim cerebri $\alpha\pi\omicron\gamma\iota\alpha\pi$ facit. Quæ ridicula siue Acro-
nis, siue cuiusdā alterius ineptiētis sint, nō opus est reuel-
lere, cū triplex illa capitis imminutio omnibus sit nota. Ole

ODE VI.

Querela est Poëtae in corruptos sui seculi mores, quorum causam ait adulteria esse.

¶ Hinc omne principium.

Pro syllaba longa, quæ cæsura facere debebat, Poëta ponit duas breues, quod bis fecisse inuenitur in hoc genere carminis. Mancinellus non recte putat i elidiscandendo. Sed hic operæ pretiū est notare quæ in commentario sint Acronis: Nam quæ uerba Porphyrio ad primum carmen huius odes ponit & apte & uenuste, eadem Acro in suum commentarium sublegit, huic carmini annectens, nihil sanè proposito congruentia.

¶ Infecit æquor sanguine Punico.

Lucretium (inquit idem Acro) significat, qui nauali bello apud Siciliam cum Hannibale multa cæde Pœnorum pugnavit. Hæc ille. Quidam emendare hoc uolentes, pro Hannibale substituerunt Hamilcarem. Sed ex Polybio lib. 1. patet Hannone restituendum. Hamilcar enim terra bellabat, Hanno mari. Verum ut id librarium uitio factum esse concedamus, ita quod statim subnectit idem, non uidetur codicum errore scriptum. Pyrrhus, inquit, Epirotarum rex Antiochum auxilio adiutus, uictus est à Romanis, cum ipso Antiocho rege Syriæ. Hic mire historiam confudit Acro, cum Pyrrhi bellum cætum propè annis præcesserit Antiochi bellum.

- Sabellis docta ligonibus

Sabinis aut Marfis idem Acro exponit. Hoc prius facile concedam; nam & Seruius in tertium Georgicon

42 IN III. CAR. HORAT.
ad illud Virgilij: Dentesq; Sabellicus exacuit sus: exponit Sabinis: quanquam ex Plinio libro 3. cap. 12. Samniticus malim. Sed fortassis ideo hoc admittitur, quod Samnites à Sabinis originem habere dicuntur. Verum illud alterum de Marsis non uideo quare addiderit Acro. de hoc sine Epodon Latius differemus.

ODE VII.

¶ Thyna merce beatum.

Plinius lib. 5. cap. 27. inter Ciliciæ oppida & Thyni meminit: At sepe aliàs Thynorum cum in Asia tum in Europa ad Pontum Euxinum mentio est. ad idem Strabo, atq; ita Commentarij.

¶ Ille notis actus ad Oricum.

Ciuitas Ciliciæ inquit Acro, insignis lapsus si non accusabimus codicem. Hoc etiam hac in ode considerandum lectori, quare hic fauonij mentio fiat, cum is, siue ex Sicilia, siue ex Ponto nauiganti Romam contrarius, tamē fiat ab occidente in orientem. Aut ergo zephyrum pro quouis uento posuisse dicetur, uel potius zephyri mentionē fecisse, nō quod prosper sit nauigantibus ab oriente in occidentem, sed quod eius clemēti flatu mare aperiat, sub initium ueris, quo uidelicet Gygen rediturum ait Poeta. Quod Virgil. ab initio Georgicon primo scribit.

Vere nouo gelidus canis cum montibus humor.
Liquitur, & zephyro putris se gleba resoluit.

ODE VIII.

Calendis Martijs Matronalia dicebantur (inquit Acro) eo quod mariti pro conseruatione coniugij supplicabant

cabant, Et erat dies proprie festus matronis. Hec ille
 quæ uerba ab initio & fine placent, in medio corrupta
 suspicor. Nā si mariti supplicabāt, quō matronalia erāt?

¶ Doctē sermonis utriusq; linguæ.

Omnes quotquot nos uidimus codices ita habent.
 At Donatus in Eunuchō Teren. ad illud. Solertem dabo
 legit, Doctē sermones utriusq; linguæ: & sanē Hora-
 tius nusquam Tribachyn tertio Sapphici carminis loco
 ponit, quare sermones legendum, non sermonis.

¶ Corticem astrictum pice dimouebit
 Quæ hoc in loco in Porphyriōis cōmentario leguntur
 de Corticē pro Cortici, & sequentia aliquot uerba, ab
 aliquo nebulone assuta sunt, ut facile uidere est ex uer-
 borū ordine quæ inuersa leguntur. Mancinellus satis re-
 ste hūc locū exposuit. Porphyrio mihi defendēdus erat

¶ Consule Tullo.

Hic libuit ridere Annotatorē nostrū, qui longa præ-
 missa præfatione, ut solet ubiq;, tandem huc deuenit, ut
 nos syneresim, qualis figura sit, edoceat, neq; ullis alijs
 exēplis, q̄ Virgilianis, magna grauitate, sed longe maio-
 re scilicet iudicio. Hic etiā asserit Cōsule Tullio legēdū,
 nō Tullo, ea credo motus ratiōe, q̄ nullū Cos. Romanū
 putarit cognomine Tulli, sed ad unū Ciceronē Tullium
 respiciendū, Cū tamē homo ille bellus, ne unū quidē uer-
 bū aut ostēdat aut de Coss. narret, aut quare hoc opor-
 teat *κατὰ συναξίαν* legi, probet. Tullo bene legi-
 tur. Fuit enim L. Iulius Tullius Cos. proximo ante natum
 Horatiū anno, uti ex Sallustij bello Catali. manifestū est.

44 IN III. CARM. HORÆ.

Quamquam cum L. Volcatium Tullum à Cicerone in oratione pro Sylla uocatum scribit Riuius. Ipse Poëta postea Ode 21. cum uetustum uinum innuere uellet, unum annum post hūc nominauit. Et Ode 14. uetustius à tempore Sparthaci aliquot annis ante Horatij natalē. Quod ideo admonendum duxi, ne quis putet nimium uetustum me hoc uinum, facere. Deinde ut lector uideret quanto iudicio nunc quidam emēdent libros. Quod si mihi ciceret ad eandem formam in autores nugamenta colligere, haud magno negotio in unum Horatium Iliade maiorem annotationum librum scriberem. Tolerabilius erat quod de parte pro parce ad finem huius Odes annotauit idem: cui & nos subscribimus.

ODE IX.

αμοιβῆαιος carmen est, cuius natura est, ut pro cessu crescat.

¶ - neq; erat Lydia post Chloēn
Non erat (inquit Acro) inferior Chloē apud te hoc corruptum puto.

Menunc Thressa Chloē regit.

Cressa (inquit idem) Thracia: quod ego etiam à librarijs corruptum putassem, nisi subiunxisset Virgilij carmen lib. 5. Aeneid. Cressa genus Pholoē, geminij sub ubere nati. Quare Acronis errorē puto, qui Cressam ac Thressam non distinxit. Nam si Cressa legit, quare exposuit Thracia? Si Thressa, quorsum attinebat Virgilij exemplum? nisi quis in Virgilio quoq; Thressa legendum existimet, quod ego ut non sua serim author, ita

ita neutiquā negauerim. Eadē difficultas est odc 36. li. 1.

¶ Me torret face mutua.

Idem Acro ex persona Lydiæ reliqua esse dicta usque ad finem putat. Quare ipsum legisse puto, quod pro quid, & enunciatiue, non interrogatiue quatuor bos uersus, quod mihi non probatur.

ODE X.

¶ Extremum Tanaim si biberes Lyce.

Tanais inquit Acro, fluuius Scythiæ, qui & Danubius. Vel ex hoc item loco perspicere licet, quā perspicacis iudicij fuerit Acro. Si non iniuria temporis potius in culpa est, ut quidam putant. Nā cū Porphyriionis uerbis addit, continuo declarat se nihil scire: Fluuium Scythiæ Tanaim dixit Porphyrio. His uerbis Acro assuit qui & Danubius. Cæterum ab initio huius Odes hunc sensum esse puto: O Lyce si barbara esses, ut apud Tanaim nata, & nupta, seuo, id est, barbaro uiro, ut zeolotypo ac agresti, non tamen mihi talia faceres, quæ nupta es uiro Romano, ipsa ex Tyrrheno parente nata. Acro illud, Seuo nupta uiro, exponit, id est, si in captiuitate esses coniuncta seuo uiro, debebas meo succurrere amoris: quasi captiue hoc liceret.

¶ Ne currente retro funis eat rota.

Dominam rotæ (idem inquit) fortunam dixit, id est, ne uolubilitate rotæ, & tu amans cōtemnaris, & ita in flexu rotæ ledaris sicut equus à consueta uelocitate deficiens consueuit. Quæ uerba ego planè quid sibi uelint non intelligo. Puto autem in uerbis Poetæ metaphorā

esse, à puteis, è quibus aqua urna ac fene trahuntur.

¶ Nec rigida mollior æsculo.) Hæc uerba ad superiora construit Acro, ut omnibus subnectat, supplicibus tuis parcas, Porphyrio autem, Cetera, inquit, per parenthesis illata sunt, quæ uerba non admodum intelligo. Quamquam & sis hic intelligit Acro. Badius es intelligit, sed ad Acronis ordinem. Porphyrio hæc uerba (Supplicibus tuis parcas) legit in parenthesis, quod placet.

ODE XL

¶ Tuq; restudo resonare septem
Callida neruis.

Macrobius libro primo Saturnalium scribit Apollinis lyram septem chordarum fuisse, per quas tot celestium Sphærarum motus præstet intelligere: dicere uult septem Planetarum motus: quamquam ea ratio frigida est. Si enim octo neruos dixisset Poeta, hic tam subtilis speculator continuo subiunxisset per eos tot celestium Sphærarum motus intelligi. Sūt enim octo apud omnes. Rursus si nouem chordas nominasset Poeta, octo haud dubie hic dixisset motus esse, atq; adeo totidem ex illis sonos, Nonum autem intelligi oportere constatam ex his octo phthongis symphoniam, ut de Musis quidam non temere philosophantur, ac nonam ideo dictam Calliope. Eadem est Ciceronis in Somnio Scipionis tractatio: quæ me non multum moratur: sed multo minus Macrobij portentosa ille magnitudinis commentarius. Ad idem pertinet quod Diodorus ait Mercurium lyra reperiorem fuisse, atq; eam tribus instituisse chordis, una

star trium anni temporum, Treis item uoces desumptas
 grauem ab hyeme, acutam ab aestate, à Vere mediam,
 magna iniuria Autumni, qui hic indignissime plenus fru-
 ctibus exulat. Alij Orpheum quatuor chordis lyrà insti-
 tuisse tradunt, uel ad eadem anni tempora, ut iniuria
 affectus Autumnus, postliminio rediret: Vel ad quatuor
 elementa. Id enim quidam docent. Mirum uero, quod
 non potius ad quatuor mundi cardines: ita enim firmio-
 res ac longiores puto futuras fuisse chordas. Longum
 esset referre quis chordam quintam, quis sextam, septi-
 mamq; adiecerit, ac deinceps, ut ad decimam quintam
 usq; deuentū. Quid enim fructus ex his lector percipit?
 Pudet planè quoties ea apud doctos lego tam indocte,
 atq; absq; omni tractata iudicio, cum $\delta\iota\varsigma\ \delta\iota\alpha\ \pi\alpha\sigma\omega\mu\epsilon\tau\alpha$
 maximum in musicis sistema aequè in Trichordo haberi
 queat, atq; in Cithara multarū chordarū, tametsi ita ce-
 dere arsi ac thesi nō potest, ut in cithara. Verū hæc om-
 nia nihil ad rē, sed effugia sunt nostræ ignorantie, quæ
 nimium fecunda est quoties hæret. At qui hoc explicādū
 erat, quare toties apud authores mentio sit septē chor-
 darum, quidq; per has intelligi oporteat: quæ admodum
 apud Homerum secundo hymno qui est ad Mercurium:
 $\epsilon\pi\tau\alpha\ \delta\epsilon\ \sigma\upsilon\mu\phi\omega\nu\nu\varsigma\ \delta\iota\omega\mu\epsilon\tau\alpha\ \nu\omicron\varsigma\alpha\tau\omicron\ \chi\omicron\rho\delta\acute{\alpha}\varsigma\alpha$

Et apud Virgilium in Alexi?

Est mihi disparibus septem compacta cicutis

Fistula


Et Aeneidos sexto:

Obloquitur numeris septē discrimina uocum. Et hic:

Septem Callida neruis. Et si quæ sunt apud alios loca

48 IN III. CAR. HORAT.
alia, ut plane sunt apud Classicos quàm plurima. Quid
hic ad nostri authoris sensum eruendum facit, q̄ quisq;
chordam adiecerit, enarrare? aut septem planetarum
merum recensere uelut rem nulli notā? Cū interea lecto
ris mens nō minus dubia q̄ antea, hæreat? Non nunc di
cam quod sepe mecū ingemisco, hanc Matheseos partē,
de qua tantū apud priscos cautum fuit, adeo negligi, ut
inter eximie doctos uix unus aut alter ne dicam adhibe
re uelit manū, imò uerius qui possit. Sed nunc querelarū
satis est: rem ipsam aggrediemur. Ego per septem siue
chordas, siue neruos, siue cicutas, siue discrimina uocū,
intelligo septē illas Diapason species, quos & modos
& tropos prisce, nostra uero etas nō satis apte Tonos
nominat, qui non minus in trichordo Mercurij, Tetras
chordo Orphei, ac reliquis deinceps aliquot chordarū
instrumentis habetur, quàm in cithara uigintiquatuor
chordarū, per quos omnis cantus regitur, quem admo
dum per pedes carmina. Sūt autē hi modi ex Proslamba
nomene ad paraneten hyperbolæon, quibus Ptolemæus
octauū adiecit à Mese ad Neten hyperbolæon, à primo
tamen nihil differentē qui erat à Proslambanomene ad
Mesen, ut impleretur systema maximum Δ is Δ icr π æ
& ω ρ à proslambanomene ad nete hyperbolæon, Et ut
nostre etati aliquid demus: Modi septē sunt ab A graui
ad g acutū: Septē uidelicet Diapason species ex septem
grauioribus literis A, B, C, D, E, F, G, ad septē acutas, a,
b, c, d, e, f, g, Neq; est ullus cantus uel citharæ, uel alij
instrumento habilis, qui non in aliquē septem horū mo
dorum ceciderit. Huius rei hunc subiecimur typum.

Δις δια τῶν ὀκτῶν Systema maximū
 Ὀκτὸ modi musici



Nere hypermixolydii
 Nere Mixolydii
 Nere Lydii
 Nere Phrygii
 Nere Dorian
 Nere hypolydii
 Nere hypophrygii
 Nere hypodorian
 Proslambanome myxolydii
 Proslambanome lydii
 Proslambanome Phrygii
 Proslambanome Dorian
 Proslambanome hypolydii
 Proslambanome hypophrygii
 Proslambanome hypodorian

Aa Nete hyperboleon
 g Paramete hyperboleon
 f Trite hyperboleon
 e Nete diezeugmenon
 d Paramete diezeug.
 c Trite diezeugmen.
 b Paramete
 a M E Z H.
 G Lichanos meson
 F Parhygate meson
 E Hygate meson
 D Lichanos hypaton
 C Parhygate hypaton
 B Hygate hypaton
 Aa Proslambanome

Hæc ut doctis harum rerum plana sunt, atq; adeo etiam nimium prolixa, ita huius artis imperitis frustra tinnunt. Tum si omnium ineptias hic enarrare coner, integrum uolumen mihi texendum erat. De his modis docte differit Boethius lib. 4. musices, cap. 14. Nam quod nostra ætate octo aiunt Tonos, id non uideo quæ ratione dicant, cum octauus ille recens sit quarta speciei Diapason: sed quæ sit diuisa arithmeticus, non harmonicus. Verum si modos inde liceat numerare, erunt, ut diximus, non minus duodecim: futuri etiam quatuordecim, si secunda diapason species ac sexta, illa harmonicus, hæc arithmeticus diuidi potuissent. De his in decachordo nostro quibusdam uisa $\pi\alpha\rho\alpha\lambda\omicron\sigma\omicron\gamma\alpha$, cum nihil mirus sint, diligenter differuimus. Quare nunc desino molestus esse lectori, atq; ad alia properamus.

Impia (nam quid potuere maius Impia?) sponso potuere duro Perdere ferro.

Hos uersus ita legendos existimo, ut in parenthesi contineantur hæc uerba (Nam quid potuere maius Impia?) atq; etiam interrogatiue legantur. Nam cum impius primum dixisset, subiungit mox causam impietatis. Et ipsa quidem interrogatio hoc loco magis urget, quam simplex enuntiatio. Mancinellus primum Impia putauit esse genitiui casus, nec distinxit post Orco. Cetera recte exposuit. Quidam exponunt Impia inquam sed non placet hæc geminatio.

ODE XII.

Manifesta ironia est in hac ode, qua neutiquam ad

ad amorem hortatur, sed amore captam ridet, ut sequentia indicant. Quæ enim antea sedulo operi uacabat, nunc desidiosa describitur. Metrum est numero loculare. Ionicum, ideoq; aptum saltationi, qua etiam nunc Gallia utitur: ut primi quiq; duo uersus diapēte ultimā habeant speciem. Tertius quisq; diatessaron tertiam speciem, reiecto superne de diapente tono. Cæterum cum nullum sit facilius carmen scansu, nostri tamē grammatici mire hic digladiantur. Mancinellus, dictiones ueritus diuidere, Humeros & melior, existimauit Anapestos, pro Ionicis à minore, cum illic la, hic Bel, syllabas omittit: mirum uero, quo illas abiecerit, neq; enim ad reliquas potuit locare, quæ ipse in nullum Catalecticum cadunt numerum. Siue igitur ita legamus.

Simul unctos Tyberinis humeros la-

Vit in undis, Eques, ipso melior Bel-

Lerophonte, neq; pugno, neq; segni pede uictus.

Quomodo & Porphyrio legisse uidetur. Et illud Bellerophonte, cum habeat & apud Græcos, nihil remoratur. Siue ut Aldinus codex habet, qui mihi magis probatur, ad hunc modum:

Eques ipso melior Bellerophonte

Neq; pugno, neq; segni pede uictus,

Simul unctos Tiberinis humeros lauit in undis.

Ita neq; dictiones diuiduntur, neq; sensus mutatur, Dicendum tamen est carmen esse similitimum prosæ, & quam impense hoc nostro Poëtæ placuerit, scire certū non possumus, nusquam autem postea est usus.

83 IN III. CARM. HORAT.

¶ Tibi qualum.

Metonymicos (inquit Porphyrio) pro lanificio dixit. Sed mulieres per diminutiōem uasculum hoc usurpant, quas illum dicentes: hoc autem in quo pensam uel tramam reuoluunt. Hæc ille. In his uerbis ad finem unum deest uerbum.

O D E XIII.

¶ O fons Blandusiæ.

Sacrificium (idem inquit Porphyrio) hæc Ode fonti Blandusiæ promittit, simulq; laudes eius dicit. Hæc ille & breuiter & uere ut solet. Nunc uide ut Acro rhetoricetur, uerbisq; Porphyriionis nugamenta addat, Hæc Ode (inquiens) Blandusiæ fonti sacrificium promittit. Blandusia enim Sabinensis agri regio est, in qua Horatij ager fuit, elegans emblema quod huic purpure affuitur, Blandusiam & regionis & fontis nomen facit. Ego sanè cum Porphyrione fontis nomen puto, dictumq; à Poëta fons Blandusiæ, ut apud Virgilium, fontem Timæui, Nisi quis cōtendat Blādusia legendū absq; diphthongo ut a sit longa positione, quæ ad caput dictionis est sequentis, quod apud Græcos frequentissimum, apud Latinos, & si rarissimum, præsertim hunc Poëtam, inuenitur tamen. Verū res est momenti non admodū magni.

O D E XIII.

¶ Herculis ritu modo dictus o plebs.

Ordo Acronis hoc in loco placet, sed quæ præcedunt uerba in eiusdem commentario, à me neq; intelliguntur, neq; restituuntur: paulo post etiam ad Poëta sensum

sensum pertinere putat, quod olim laureatæ literæ de victoria in templo mittebātur. Illud hic in templo quid sit, nescio. Et totum illud nihil ad rem puto: fortassis autem corruptum est, ut paulo post ad illud.

¶ Unico gaudens mulier marito.

Lydiam dicit sub castitatis laude uotum pro Cæsaris reditu soluturam, cum Liuia legēdum sit, Quāquā de illa, quomodo intelligendum, mulier unico gaudēs marito, ipse hæsito, cum antea Tyberio Neroni nupta fuerit, à quo prægnaus ad Augustum uenit authore Suetonio. Porphyrio nihil de Liuia adducit.

¶ Male ominatis.

Landinius male nominatis legit, exponitq; quæ nominata malū omen inferret. Id fortassis propter carmen, Cuius legem tamen ipse sæpe negligit. Ego totū hoc, male ominatis Parcite uerbis, dictum puto pro fauete linguis. Quo in loco Porphyriionis uerba non admodum intelligo, & suspicor ea corrupta esse.

¶ Si per inuisum mora ianitorem.

Fiet, abito.

Idem Acro ita exponit: Si ianitor prohibuerit illū ingredi: quæ uerba nihil explicant: sed sermo est ad puerum quem iubet abire si ianitor molestus esse uolet.

¶ Consule Planco.

Horatius sub Torquato Manlio natus est anno ab Vrbe condita 689. Plancus autem Cos. fuit cum M. Acemilio Lepido anno Urbis 712. Qui propter Horatium Planco Cos. fuit annorum 23. de quibus hic loquitur.

Hæc ita explicanda erant commentatoribus non annotatori. Nunc satis uisum est illis dicere Horatium tum fuisse adolescentem, ideoq; irasci solitū, sic naso suspēdentes Lectorem, quæ magis declaratione indigebant, omittunt.

ODE XV.

¶ Illam cogit amor Nothi.

Nothi amatoris hic nomen est, ut Acro testatur. Mancinellus Noti existimauit esse participium à nosco & pro cogniti adolescentis positum. Badius posterior addit, per consuetudinem cogniti. Sed carmen non patitur hanc lectionem, ut illi haud dubie norant uterq; si aut attendissent aut cogitassent. Caterum ultimum carmen rursus uterq; rectius meo iudicio exponunt quam uel Acro uel Porphyrio, lector iudicet.

ODE XVI.

¶ Tristes excubia.

Tristes (inquit Acro) epitheton uigiliarū, eo quod inconstitudinem generent, seu Danae Tristis, nuptijs per custodiā denegatis. Hæc ille. Vbi tristis esset Trocheus, quem pedem hoc carmen primo loco non recipit.

¶ Custodem pauidum. Idem Acro, sollicitum & cautum exponit propter iniunctum sibi officium: perinde atq; Acrisius unus ex uigilibus turri adstantibus esset. Idem Acro postea, Contemptæ dominus spectat didior rei, cōtentæ legit pro compositæ atq; mediocri, quod ego lectori iudicandum relinquo.

¶ - Et segetis certa fides meæ, & cæ.

Ordo est (idem inquit) & certa fides meæ segetis. Beatior

Beator imperio fertilis Africa fallit fulgentem sorte, id est, illum qui per sortem fulget & non natura, Nam naturale est, ut quis paucis parcisq; contentus sit. Hec ille ingeniose ut cætera. Talia nugamenta ab sq; omni iudicio edita, omnes legunt, nec quisquam refellere audent, ob nomen authoris, ut quem apud quosdam inter Horatij interpretes primum locum habere audio, de quo iurare ausim non intellexisse quæ hoc loco exposuerit ipse: si modo uerè sunt eius hæc scripta. Ego nec construendum puto, Beator imperio, nec fulgentem sorte: sed contra utrumq; ut recte exposuit Mancinellus.

¶ Neclæstrygonia Bacchus in Amphora.

Lastrygonius prima æ diphthongum habet, & y; secunda syllaba. Vt Odis. π. hoc est decimo patet. At hoster Acro Lastrygonia exponit formiana seu sicula, in quibus locis Cyclopes fuerunt (inquit) Lastrygones uocabantur. Hec ille. formiana recte, sed sicula non item. Cyclopes in Sicilia fuere, Lastrygones in Italia ad mare Tyrrhenum.

¶ -regnum Halyattici.) Porphyrio Halyaticum regem Persarum facit, quanquam alij Lydorum dicant: sic ille. Acro Lydorum ait, qui & Cræsi paretem fuisse addit, Mancinellus, patrem Cræsi non Halyaticum, sed Halyatten uocatū ostendit ex Herodoti lib. i. nihil præterea ad Poetæ sensum addens. Badius Halyaticum putat dictum Cræsum, Halyattis filiū, quasi patronymicum. Idq; mihi placet: placet & quod paulo ante de ouibus Gallicis exponit idem Badius, Alinatibus, in Euganeis

36 IN III. CARM. HORAT.
siue Venetis. Vbi omnes commētatores silent, tanquam
res sit nota omnibus.

O D E XVII.

¶ Aeli uetusto nobilis ab Lamo.
De hoc Aelio uidetur lib. 1. bis dixisse Ode 26. Or 36.
Porro Aeliorum magna apud scriptores mentio. Hic autem
L. Aelius Lamia Cos. fuit cum M. Seruilio anno à
Christo nato quinto, ab Vrbe autem cond. 755.

O D E XVIII.

Romani quædam numina colebant ut prodesse,
quemadmodum Iouem qui iuuans pater dictus est: quæ
dam ne nocerent, ut Februm. Ad eum modum Horatius
nunc Faunum ut lenis per agros suos incedat precatur.
In commentario Porphyrio quidam legunt tenuis
pro lenis, sed codices errant: Quemadmodum paulo
post Memphitis pro Mephitis ex septimo Aeneidos,
Quamquam Porphyrio Memphitem locum intellexisse
uidetur, si non assutum hoc quoque ei est, ut multa alia.

¶ Larga nec desunt Veneris sodali.
Vina crateræ.) Mancinellus Cratere puta
uit auferendi esse casus, Itaque exposuit in crateræ: non
attendens e in ablatiuo correptum, quod huic loco mi
nime quadrat, Crateræ autem datiuus est casus, ut recte
annotauit Badius. Nec enim hūc sua laude fraudandum
puto, etiam si ipse non primus hoc notauit.

O D E XIX.

¶ Quantum distet ab Inacho Codrus.
Porphyrio, nescio de quo loquens, Comparationē
inquit

inquit, facit uirtutū Inachi & Codri. Codrus enim Atheniensium Dux fuit, qui ut patriæ uictoriam pareret, interimendum se Lacedæmonijs obtulit. De Inachi autē uirtutibus nulla extitit historia. Hæc apud illum tanquam ex alio quopiam authore. Alijs magis placet Telephi importunitatem ab Horatio taxatam, quod nimis exacte temporum rationem etiam in conuiuijs narraret, rem alioqui per se molestam. Quemadmodum nostra ætate qui dam scioli in mensa, dum animus in patinis est, de rebus altissimis sermones ordiuntur. Ad hunc sensum colliguntur ab Inacho ad Codrum 770. plus minus anni ex Chronicis Eusebij. In Acronis commentario Codrus rex Atheniensium ac Lacedæmoniorum dicitur magno errore. Ait enim Græcos cōsueuisse uinum tepe facta aqua temperare. Mira mixtura. Ad hæc Pelignum oppidum esse Sabinorum. Sed ubi hoc legit? Et Attonium exponit, ut non inebrietur. Deniq; Vatem pro quo libet sacricola. Hæc in huius uiri commentarijs, si non mentiuntur authorem.

ODE XX.

¶ Pyrrhe Getulæ catulos lænæ.

Ode sexta huius libri, Acronis commentarius Pyrrhum Epirotarum Antiocho auxilium tulisse dicitur, hic Tarentinis. Cæterum hæc Acronis comparatio à nomine Pyrrhi sumpta parum congruere uisa est Landino, mihi etiam inepta prorsus uidetur. Ideoq; non multa de ea uerba facere placuit.

¶ O nata mecum Consule Manlio.

Horatius natus est ab Vrbe condita 689. Coss. L. Aurelio Cotta, T. Manlio Torquato ambobus iterum. Quo tempore autem hæc Ode scripta sit à Poëta, scire non possumus: certe Poëta ipse non ad rotundum supputationem asserit, cum subiungit: Quocumq; lectum nos mine: quod de Coss. intelligo etiam si Acro aliter hæc exponat, ex omnibus, inquit, supradictis siue ad iocos, siue ad querelas, quod mihi displicet.

¶ -Madet sermonibus.

Madet (inquit Porphyrio, & docte, & breuiter) persusus est & plenus. Acro autem: Fluens est (inquit) Philosophiæ scientia. Et adiiciens suo more, sanè quam eleganter, Optat tamen (inquit) uino fieri madentior.

¶ -Prisci Catonis.) Antiquioris, idem ait Acro, non Vticensis. Alij autem de Vticensi intelligunt ex uita ipsorum Catonum. Pro Acrone epitheton Horatij est. At alij uel ad sua Poëtam tēpora retulisse dicunt: quod tamen nō admodū longū fuit ab Vticensi Catone: uel confudisse epitheta, quod sæpe fieri solet. Historia apud Plutarchum ac alios de utroq; Catone in manibus omnium est. Et ipse Poëta Catonis Vticēsis libenter meminuit, ut lib. 1. ode 12. Et lib. 2. ode 1. Quod autem Acro caluisse exponit pro efferbuisse, ut quamuis secreti proderet, ineptum est, de utro uoles Catone intelligas.

¶ Tulene tormentum ingenio admoues.

Quidam

Quidam amoues ex admoues fecerunt: quasi Poeta dicat, uinum amouere tormenta duro ingenio. Verū hi parum animaduertunt epitheton additum lenē. Ego admoues malim, & tormētum pro remedio exponam, quasi Poeta dicat, Vinum duro ingenio lenē tormentum amouere, id est, placidum remedium: Atq; ita etiam legit D. Erasmus Adagio: In uino ueritas: Ceterum, qui uolet scilicet aliquid arguti legere, uideat hoc loco Acronem: sicut paulo post, tremēti, exponit, pauperi frigore tremēti: hæc tanquā de Tripode Apollinis prolata sint, cogimur credere, & tantum non adorare.

ODE XXIII.

¶ Non sumptuosa blandior hostia.)

Quæ in Porphyrii commentario de sumptuosa hostia in nominatiuo dicuntur, assuta, ut pleraq; alia, mihi uidetur. Neq; enim tam insanus fuit uir ille doctissimus. Risi cuiusdam seueri annotatoris meras nugas in hunc locū: sed q; alij huic responderunt, ut Badius præsertim hoc in loco, nolui esse longior. Ineptum enim est existimare sumptuosa hostia, nominatiui esse casus, cū sint ablatiui instrumēti, id est, per sumptuosam hostiā.

ODE XXIII.

¶ Si figit adamantinos Clauos.

Hoc in loco quod Porphyrio dicit, mala conceptione dictum esse à Poeta Adamantinos clauos pro necessitate mortis quæ dura ac immutabilis, non uideo qua ratione scripserit. Porro diram necessitatem expo-

nere pro morte, & adamantinos clauos pro mortis necessitate, cum statim laquei mortis subiungantur, quid aliud est, quàm si dicas, Si mors figit mortis necessitatē, non expedit caput laqueis mortis? Eo deducunt nos aliquando subtiles nostræ illæ expositiones. Ego simpliciter illa enuntianda puto: Et adamantinos clauos pro durissimis uinculis aut spiculis exponi posse nō inficias uero.

¶ Illic matre carentibus.

Priui ignis mulier temperat innocens.

Quidam temperat exponunt pro obtemperat. At Acro exponit temperat, pro parat pocula, quod placet. Nam & Ouidius de suo conquerens tempore ait: Lurida terribiles miscent aconita nouerca.

¶ Dos est magna parentium.)

Hic rursus non potui cohibere risum, cum seueri annotatoris censuram legerem, qui non dubitauit pro parentium subiicere petentibus, Et ita temere author rem deprauare. Porro quod ait omnes codices habere parentum, quos ipse uiderit, non possum mirari impudentiam hominis, qui fatetur Aldinum sibi uisum codicem, in quo hæc bene habent. Sed illud omnium elegantissimum est, cum conatur ostendere, parentium non posse hic locum habere, ob multas, inquit causas, quas breuitatis causa prætermitto, tū ob eā ipsam, quod in gignendi casu eius nominis parentum dicimus, non parentum, qui genitiuus est participij in ens à pareo, es, uerbo. Hæc ille doctissimus grammaticus. Si hoc ad authorem

thorem quicquā attineret, ostenderem huic præcepto-
ri, quān esset minime grāmaticus. Sed alia nunc agimus.

¶ Quatinus heu nefas.) Ita quidam per i le-
gendum hoc loco putant. Acro autem docet. Quate-
nus aduerbium esse interdum temporis, interdum loci.
Quatinus uero coniunctionem pro tantum. Tale quid
etiā Festus Pompeius docet, si codex non est corruptus.
Ipse Poëta lib. 1. Serm. Satyr. 3. uidetur pro quoniam
usurpassc. Deniq; quatinus excidi penitus uitium iræ,
Cetera item nequeunt. Atqui ego nescio num authores
hanc perpetuo seruauint distinctionem. Landinus hoc
loco quatenus exponit, quousq;: quod mihi placet.
quauquam ab Acrone, qui exponit quamdiu, non mul-
tum abest. Valla lib. 2. ait, Ciceronem, quatenus semper
accepisse pro inquantum, quod hic optime quadrat.

¶ Nec Boreæ finitimum latus.

Acro exponit, nobis uicinum cum Horatius, Boreæ
finitimum dicat, non nobis. In Porphyryonis commen-
tario similia quædam sed æque obscuro promuntur.
Præterea subtilior intellectus quæritur, quod nomina-
to australi latere, Boreæ subiungatur, cum inter se (in-
quit) hæc longinqua, & toto orbe diuisa sint: Quasi
non liceat extrema coniungere, sic loquentes: Auaro
mercatori non obstat frigus, non calor, non septētrio,
non meridies, non Torrida zona, non frigida. Sanè ita
hi loquuntur, quasi in his rebus non magnopere solicia
sunt, minusq; exercitati. Quod uero continuo Poëta sub-

62 IN III. CAR. HORAT.

neſtit: Durat æq; ſolo niues: Acro exponit, gelu nimietate frigoris ſolidata, elegans uero gloſſa.

ODE XXV.

¶ - Vt mihi deuio.) Illud ut, puto admiratis eſſe, aut geſtientis. Itaq; exponerẽ, Vt libet, id eſt, mirũ quam libet, nec ſupplendum eſſe, non ſecus, ut quidã exponũt.

ODE XXVI.

¶ - Hic hic ponite lucida Funalia.

Funalia (inquit Acro) ſi quibus luminaria ſuſpendi conſueuerant. Hoc etiã lectori conſiderandũ relinquo. nam ego cereos, aut, ut Mancinellus, faces accipio.

ODE XXVII.

¶ Raua decurrens lupa.

Raua lupa (inquit Porphyrio) à colore dicitur, Hæc ille breuiter, ut ſolet, nec minus docte, innuens cum colore, quo eſt lupa, omnibus notiſſimum. Acro autem, ut oſtenderet iudicij acumen, ingenijq; copiam, quinque modis hoc exponit, ita tamen, ut aliquãdo etiam Rauca legiſſe uideatur. Verum cum ea omnia diligẽter legeris, nihilo certior fueris de eius nominis ſignificatione.

¶ Rumpat & ſerpens iter inſtitutum.

Vt ſit (inquit Porphyrio) in tranſuerſam uiam impios ducat, nõ impios reuocet, hoc eſt, pius ſerpẽs. Hæc uerba nimis argutula uidentur, ut uix credam Porphyriõnis eſſe. Poeta enim ſimplici ſenſu profert, ac uult hæc impijs accidere itineris incõmoda, non Galatæa. At Acro hic ſerpentem celeritate ſua equos terrere pũt.

bat, cum Poeta de obliqua, siue transuersa interruptione potius loquatur, etiamsi id celeritate fiat: uerum illud pusillum.

¶ Hostium uxores, pueriq; cecos Sentient.

Non feritati barbaricæ nec puerili inscitie dicit incognita esse posse futuræ tēpestatis indicia: Ita Acro: quasi Poeta ita ad Galatæam loquatur: mirum si non noscis, tempestatis futuræ indicia, cum hostium uxores, ac pueri etiam illa agnoscant. Quæ à Poetæ mente alienissima puto: malā enim tempestatē imprecatur hostiū uxoribus, ergo abominantis sunt hæc uerba, uti appozitū ē D. Erasmus in Adagio Beotijs uaticinare, adduxit.

¶ Belluis pontum, mediasq; fraudes.

Mancinellus homo diligens, & multæ lectionis, per pontum hoc loco intelligit Euxinū mare, quasi Europa à Phœnice in Cretam uecta eā iuerit: sed longe errat, ut Geographiæ docti sciunt. Ad idem pertinet, quod per medias fraudes Cyaneas insulas in Propontide intelligi uoluit.

¶ Pietasq; dixit

Victa furore.

Non placet ordo quē hoc loco facit Acro, quasi ipsa Europe uicta furore à Poeta dicatur: sed conqueritur ipsa pietatē, quā patri debebat, uictā temeritate, quod causa fuerit cōscendere Taurum, quem furorem uocat. Ergo pater, relictū nomen filie: & o pietas uicta furore, cōstruendū est: Non, o pater & pietas relictū nomen filie, ut Acro perperā cōponit. Et filie datiu casus est.

¶ - an uitijis carentem
Ludit imago Vana.

Vana (idem inquit) per quam somnia uana emittuntur. Hic Acro planè putauit, uana, esse ablatiui casus, ut est, porta eburna, quod tamen carmini repugnat.

¶ Vilis Europæ pater urget absens.

Dubium non est, inquit, qui me pater absentem uilem æstimet, & appellet, credens me amantem prosecutam. Et ideo moriendum est, ut priorum horum obliuiscar. Hæc Porphyrio. D. Erasmus putat Europæ datiuum esse casus, & uilis exponendum, nihili æstimatus, quod & mihi placet.

¶ Barbaræ Pellex.) Pellex, id est, concubina, inquit Acro, sed adijciendum erat, mariti concubina. Et Barbaram accepit pro immiti, nō autem pro non Græca, ut quidam exposuit, cum ipsa esset Syra.

ODE XXVIII.

Interrogationem habet hæc Ode ab initio, quid potissimum faciat festo Neptuni die. Respondet, continuobibendum esse. Vbi quinq; optimo prosequitur ordine. Primum enim pellitur sapientia: secundo cantatur carmen festi dici: tertio carmen uenatorium: quarto læscium: ultimo sequitur ululatus, quam hoc loco nēniā uocat. Ipse etiam Poëta epistola prima pro cantilena usurpauit nēniam. Hæc cum ita habent, mirū est quā commentatores, præter unum Badium, nihil horum attingant. In primis uero Acro, qui ait quosdam dicere,

Cecubum

Cecubum uinum dictum, eo quòd cæcet, & confundat ingenium, cum ab oppido Campaniæ in sinu Caietano id nominis habeat: ut est author Strobo lib. 5. Idem Acro Latonam exponit pro Diana, propter quod trino minis dicitur inquit, Et spicula Cynthiæ, stimulos Veneris, quasi Cynthia sit Venus. Mancinellus autem, Adhibe uim, exponit, adde uim, Vino enim (inquit) uires augentur, quod recte reprehendit Badius.

¶ Cessantem Bibuli Consulis Amphoram.

M. Calphurnius Bibulus Cos. fuit cum C. Iulio Cæsare anno ab Vrbe condita 695. Qui proximus fuit ante eum annum, quo cœptum est bellum Gallicum, quod gessit C. Cæsar cum Gallis, à quo ad finem bellorum ciuiliū sunt anni circiter triginta: post quæ Horatium hæc scripsisse est uerisimile. uerum hæc non sunt tanti.

¶ Summo carmine.) Quidam Bellus annotator ante hæc uerba ponit in priore carmine, & cōiunctionem, contra fidem omnium exemplarium, quasi non sit longe uenustior sensus, si post Cynthiæ geminus punctus ponatur, uelut quiescat lector, ac deinde inferat, Summo carmine, nouam sententiam.

ODE XXIX.

Ode est plena optimarum sententiārum, multijugæq; eruditionis, maxime autem futurorum curam prohibet, quam Christus uocat sollicitudinem de crastino. Acro autem Balanum herbam unguentariam facit, quæ recte reprehendit Mancinellus ex Plinio lib. 12. cap. 21.

et sequentibus, quanquam uerba Plinij apud Mancinel-
lum satis misere habent, non hoc tantum loco.

¶ Fastidiosam desere copiam.

Quæ fastidium (inquit Acro) aliquando ingerit, id
est, fluxum. Ego luxum puto Acronem scripsisse, quan-
do expositioni eius non subscribo, sicut nec ordini quæ pau-
lo post facit, in quo coniunctio, quæ, tanquam otiosa omi-
tatur, non temere usquam apud hunc Poetam posita.

¶ -Andromedæ pater.

Quæ hoc loco Acro exponit, apud neminem astro-
logum reperiō, sed id in eo non admodum miror.

¶ Prudens futuri temporis.

Qui hæc uerba Mæcenati tribuit, ac prioribus con-
nequit, planè imprudens est, ne dicam impudens, sed ab
alijs iam explosus, ne nominabitur quidem à nobis.

¶ -Geminusque Pollux.) Quia horum syde-
ra, cum se ostendunt laborantibus nautis, præbent speciem
salutis, inquit Porphyrio. At Acro, ut aliquid noui dica-
ret, Geminus Pollux, cum Castore, inquit, intelligendus
est: amborum enim stellæ simul nascuntur.

ODE XXX.

¶ Vitabit Libitinam.) Libitina hoc loco (inquit
Acro) lectus est, in quo mortui efferebantur. Accepit er-
go pro feretro, quo modo et Porphyrio lib. 2. Episto-
larum hæc uerba Poeta exponit, nisi quod Libitina sa-
crauit. Mirè ergo, inquit, dictum, et facete, Libitina sa-
crauit, quasi ab ipso feretro uenerationem acceperit
Poeta

Poeta defunctus. At idem Acro lib. 2. Sermonum Satyra
6. ad illud Poeta:

Autumnusq; grauis Libitinae quæstus acerbæ.

Libitina (inquit) locus in Vrbe, quo constituuntur,
qui efferenda corpora conducunt, & præbent funeri-
bus necessaria. Plutarchus uero Libitinam Deam ait in-
stitutam coli à Numa Pompilio, quæ uelut inspectatrix
sit, eorum quæ mortuis iusta soluuntur: quam alij Pro-
serpinam, alij Venerem dici existimant. Ex his iudicet le-
ctor locis, quod uolet: fieri enim potest, ut nomen plura
significet, uarijsq; accipiatur modis.

¶ Cum tacita uirgine.) Angelus Politianus
in fine Miscellaniorum hoc loco Acronem reprehendit,
merito quidē: sed de tacita tamē uirgine nihil plus Man-
cinello adfert, uter ex altero habeat, mihi non liquet.

ANNOT. IN III CAR. FINIS.

IN Q. HORATII

LIB. IIII. CAR. HEN. GLA.

ANNOT.

ODE II.

Silue quos Elea domum reducit.

Acro hoc loco ait Eliden Epiri ciuitatem esse,
quod nullo pacto defendi potest. Cæterum Porphyrio
dubitat, utrum Castorem ac Pollucem significet, an ge-
neraliter quicumq; ex certamine sacrorum agonum

uictoriam reportauerint, neq; temere dubitasse mihi uisus, tametsi nemini dubium de Castore ac Polluce intelligi, cum dicit, pugilem uic equum uic. Verum precedentia etiam de alijs posse intelligi satis clarum est.

¶ Ego apud matinae More modoq;

Matinum Acro hic Calabriae saltum facit. At ode 28. libri primi montem Apuliae. Porphyrio hoc loco montem Calabriae scribit. Sed lib. 1. ode iam dicta, Apulia. Rursus huius libri ode 16. Calabriae. Vicinitas harum regionum uidetur hunc fecisse errorem. Nec mirum, cum ipse Horatius de se dubitaret Lucanus an Appulus esset, ob patriam Venusiam, quae utriq; populo est confinis: nam, Venusinus arat finem sub utrunq; colonus.

¶ Tuq; dum procedis lō triumphe.

Quidam mutarunt tu in te, temere meo quidem iudicio. Nam ad ipsum triumphum conuersus haec dicit, ut fatetur Porphyrio. Est autem ordo: lō triumphe, dum tu procedis, omnis ciuitas dicemus, non semel, lō triumphe. Illud, non semel hos decepit. Iam quod Acro exponit Solem pro die, à quibusdam reprehensum est: quanquam intelligi potest. Illi uero Solem pro Augusto accipi uolunt, quod mihi quidem non improbat, si recte fiat ordo, ad hūc modum: Ego felix recepto Caesare canam, O pulcher Sol, ò laudate. Quasi diceret, Antonius si receperimus saluum Caesarem feliciter canere poterimus, ac uelut ueniētem honorifice excipere: O pulcher Sol, ò laudate. Dein, apostrophē Poetae à Iulio ad triumphum

amphum accipimus. Tuq; dum procedis lō triumphē.
 Porro rursus ad Iulium Foētam loqui intelligamus: Te
 decem tauri, totidemq; uaccæ. Atq; hic est uerus sensus
 horum uerborum, quæ ideo prolixius commemorauimus,
 quod Grammatici mirè hic rixentur, nec tamen
 lectorem erudiunt.

¶ Frontē curuatos imitatus ignes.

Porphyrīo planè intelligit uituli cornua ad Lunæ
 cornua comparari. Acronis autem uerba subobscura
 sunt, & ridicula etiam, ubi de nota inusta loquitur. Alij
 per frontem intelligunt albam maculam in fronte ad
 imaginem Lunæ. quod lectori iudicandum relinquimus:
 nam ego in utranq; hæreo partē. Videri etiam quidam
 mutarunt in uidetur, quod qua ratione fecerint, haud
 equidem intelligo. Græcam enim hanc per infinitiuos
 locutionē Latini non refugierunt, præsertim hic Poëta.

ODE IIII.

¶ In Ganymede flauo.

Acro exponit rubeo, quam uocem nescio an uspiam
 legerim apud authores Latinos.

¶ Drusum gerentem Vindelici.

Acro & Porphyrio absq; dubio Rhætos ac Vindelicos
 unam crediderunt gentem, ut sunt Volcæ Tectosages,
 & Aulerci Cenomanni apud Cæsarem. Quod si
 post gerentem non legatur, & Vindelici, uideri potest
 & Horatius in ea fuisse opinione, quod est uerisimile,
 sed eam coniunctionem omittendam censeo: Mancinela

lus supplendam putauit, alij uerbum uidere repetendum autumant, quod non esset opus, si & legatur in contextu. Sed notandum duplices esse Rhætos, alteros Vindelicos inter lacum Larium ac Brigantium, alteros Vindelicos qui ad Lycum amnem habitauerunt, hodie à lacu Brigantino Augustam usque, quibus cum Drusus bellum gessit, Veros Rhætos Romani coercuere, non subegerunt. Rhætos autem Vindelicos uicere, & provinciam fecere. Cæterum Mancinellus in citandis authoribus sæpe libentius paraphrastæ fungitur officio, quam authorum solidæ ponat uerba: ideoque hoc in loco de Rhætis posuit uerbum, domuit, quod apud Suetonium est coercuit, partem memor illius Lucani, indomitumque caput Rheni.

¶ Fortes creantur fortibus.

Acro exponit filios à parentum nomine degenerare uirtute, quæ uerba ego non intelligo, puto autem corrupta.

¶ Rectique cultus pectora roborant.

Quæ hoc loco arguitur est in Porphyrii commentario, uix credo eius esse, sed alicuius alterius racemato ris. Simplicius erat, meo quidem iudicio, Recti cultus, ut adiectiuum ac substantiuum accipere: nam de educatione loquitur, quanquam cum nemine ea de re pugnauerit. Et illud utcumque, Acro pro ubicumque exponit, Porphyrio pro quacumque, ut etiam Ode 4. lib. 3. Horatius accepisse uidetur, Vtcumque mecum uos eritis. At ego malim proprie id exponere pro quantumcumque, ut sit querela in mores suorum temporum. Vtcumque defecerunt

sint mores, & mali sint homines, tamen malefacta inde
cora uideri honestè natis.

¶ Dirus per urbeis Afer it Italas.

Quidam, ut, legunt pro it, repetētes uerbum fertur;
aut quid simile, pro equitauit. Acro autem ait, hic Han-
nibalis fugam describi, cum potius eius seuitia ante oc-
cisum Hasdrubalem narretur, nō fuga, :quippe qui post
occisum fratrem, lōge mitior factus est, quod & Liuius
fatetur. Paulò post idem Acro, tumultu, exponit, clamo-
re bellico, importune hoc loco, ut puto. Clamore enim
fana uastari non poterant, sed manu.

¶ - Multa proruet integrum.) Multa pro mul-
tum legitur in Acronis commentario, sed ab aliquo tea-
merè adiectū opinor : nam uerbum proruet antea ex-
posuerat, & alia quædam sequentia Poetæ uerba ante
hec ipsius uerba, ut facile lector uidere poterit.

O D E V.

Diuis orte bonis optime Romule Castos gentis.

¶ Mancinellus coniunxit optime Romule, perinde
atq; Romule uocandi sit casus. Acronis commentarius
cum primum Romule pro Romulæ exposuisset, statim
Custos gentis exponit, scilicet Romanæ: quæ quàm con-
sonent, non equidem uideo. D. Erasmus in Adagio Ge-
nius malus, legit Romulæ, ultima cū diphthongo, quod
& mihi placet.

¶ Votis, omnibusq;, & precibus uocat.

Ordo est, inquit Mancinellus, ut mater & uotis omnia

72 IN IIII. CAR. HORAT.
 nibus, & precibus uocat iuuenem, &c. Ex quibus uer-
 bis patet illum omnibus pro ominibus legisse: quod era-
 roris, ut in soluta oratione ex scriptura facile accidere
 potest, ita in hoc genere carminis minime: quod quidē
 uirum diligentem non animaduertisse, admodū miror.

ODE VI.

Leuis Agyieū.

Mancinellus Agilen legit, quasi nomen sit compo-
 sitū ex duobus ἀγυῖα & λέιος, id est leuis: sed frustra
 Poëta apposuisset, leuis, nisi quis dicat ἐπεὶ ἔστιν ὁ
 esse ut Plemmyriū undosum. At apud Græcos ἀγυῖος
 Apollo dicitur, ut in Arcadicis Pausanias docet. Idem
 Suidas ac Hesychius. Agyleus nusquam meminime apud
 illos legisse. Corruptio culpa scribarum accidit, qui
 diphthongum Græcam γι, & Latinis yi non notarunt:
 ita post γ subiuuxerunt l pro i.

ODE VII.

Hac ode Veris aduentum describi Mancinellus pu-
 tauit, sed recte hoc ab alijs reprehensum est: nam perse-
 ctū Ver hic exprimitur. Diffugere, inquit Poëta, nives
 non diffugiunt: Et flumina decrefcentia prætereunt
 iam ripas, non superant, (quod & ipsum idem nō recte
 intellexit, quanquam postea emendat, sed ambigū) &
 gratia nuda audet ducere choros, quod factura non
 erat, siquidem frigus esset.

¶ Ver proterit ætas
 Interitura, simul

Pomifer

Pomifer autumnus fruges effuderit.

Hic annotator noster efficacissimis scilicet rationibus persuadere nobis conatur pro uerbo effuderit legendum, ut fuderit, non intelligens uocem, simul, & apud hunc Poëtam, & apud reliquos classici, sæpissime pro, statim ut, accipi: Vt Ode 9. libri primi, Permitte Diuis cætera, qui simul strauere uetos. Et Ode 16. lib. 2. simul atra nubes condidit Lunam. Adducerem plura exempla, nisi rem manifestam etiã mediocriter doctis esse putarem. Est igitur ordo: Aestas proterit Ver, interitura simul, id est, statim ut Pomifer autumnus fruges effuderit. Recte igitur effuderit legitur, & hic nõ emendat Poëtæ carmen, sed corrumpit. Nec post æstas colon punctum ponendum.

¶ Damna tamē celeres reparāt cœlestia Lunę.

Hic Mancinellus absurdum facit ordinem. Tamen abinós (inquit) decidimus, Lunæ celeres reparant cœlestia damna: Cum post Lunæ distinguendum, & contraria sententia inferenda, Lunæ reparant damna, Nos puluis & umbra sumus, nihil igitur speremus nos reparaturos. Est autem sententia Epicureorum, ac eorum qui stulte animas quoq; nostras interituras putant. Damna autem intelligo referenda ad interlunium, Eclipseis, & si quid simile,

¶ Cūcta manus auidas fugiēt hæredis, amico.
Quæ dederis animo.

Et Acro & Porphyrio hunc locum ita intelligunt,

ipsi in lucrum uenire quæ impensa fuerint uoluptati: peritura, hæredibus derelicta. Mancinellus intellexit illa sola hæredis manum effugere, quæ amicis donentur. Sed memini olim D. Erasmi mihi iuueni ita exposuisse. Quæ dederis amico animo, scilicet tuo: quod Homerus toties uocat φίλον ἄνθρωπον, ea omnia fugient auidas manus hæredis. Atq; id impense placet. Est etiam conforme Porphyrij Acronisq; expositioni.

O D E VIII.

¶ neq; tu pessima munerum.
Ferres diuite me.) Pessima (inquit Acro) uilia, de carminibus dicit, id est, si diuitias haberem, carmina non darem. Quæ expositio nimis argutula est, & à ne mine probatur. Poëta enim de pateris, rebusq; preciosis loquitur, Censorinum non pessima laturum fuisse, si quidem ipsi essent talia munera: & non pessima dixit, id est, optima, per liptoten.

¶ Non tibi talium.

Res est.) Ego eū de re familiari dicere existimo q. d. Res est tibi, atq; animus neutiq; egēs taliū deliciarum.

¶ Non incendia Carthaginis impia.

Scipio Africanus superior primus id cognominis meruit, ut author est Lilius lib. ultimo, tertia Decados, qui Hannibalem uicit, & cuius præconium celebravit Ennius. At is non incendit Carthaginem, sed tributaria dumtaxat fecit. Posterior uero Africanus, Pauli Aemilij filius, eam tertio Punico bello deleuit. Verum de hoc ni

hil Ennius: quippe qui longe antea mortuus erat. Horatius igitur, ob uicinitatem tum nominum, tum rerum, historiam confundit, ut sæpius faciūt Poetæ. Hæc causa fortassis fuit, cur Porphyrio Calabræ Pierides exponat sua carmina, de Poeta loquens, quia in urbe Venusina natus est, quæ in Calabria atq; Apulia est. Obiter etiam notandum, oppidum, unde Ennius natus fuit, ab Acroa ne Rhudinum dictum, à Plinio autem ac Ptolemæo Rhodiam, à Strabone uero Rhodæos lib. 6. id quia Tarento proximum est, dedit occasiōem quibusdam, ut Ennium Tarenti natum dicerent. Hoc etiam in eodem Porphyriōne à Mancinello non est intellectum, ubi de Tyndaridis loquitur: Nam Tyndaridæ apud Poetam putauit genitiui casus, quod est nominatiui. Sed nemo hic Mancinellum sequitur, ideoq; de eo nos quoq; dicere superse debimus. Cæterum hunc Censorinum, Martium nominatum in quibusdam libris inuenio, quare C. Martiū Censorinum hunc fuisse puto, eum inquam, qui factus Coss. cum C. Asinio Gallo, Anno ab urbe condita 746.

ODE IX.

¶ Cææq; & Alcæi minaces.

Propter Simonidem lyricum Poetam, qui de Cæa insula fuit, unde & Pindarus fuit. Hæc Acro. Vel hic locus argumento est, & in Acronis cōmentario quædam corrupta esse, uel temporum iniuria, uel librariorum inscitia. Secunda enim huius libri Ode Dirceum exposcit Thebanum de Pindaro.

¶ Ordinat annos.

Id est, disponit toto anno facienda, idem inquit, quod mihi non fit uerisimile: Sed ordinat, id est numerat, uel ordine inchoat.

¶ Telephum, quem tu petis, occupauit.

Ad mulierem (inquit Porphyrio) loquitur, cuius nomen non ostendit. Hæc uerba planè corrupta puto. Et legendū: De muliere loquitur, cuius nomen nō ostendit. Ex his sanè Porphyriionis uerbis Acro dubitationē elegantem facit. Ego nihil hic uideo difficultatis, nisi ipsi aliter Horatij uerba legerint: neque enim ad aliam loquitur quàm ad Phyllida.

ODE XII.

¶ Nam Veris comites quæ mare temperant.

Mancinellus hoc de Ornithijs intelligit, ex uerbis Columellæ lib. xi. cap. ij. de eiusdem uentis. Nam et hic Poëta de hirundine meminit, ut Columella, Porphyrio autem adultū iam ueris tempus Poetam describere ait, quod ex eo patet, Adduxere sitim tempora Vergili. Quod de decimo Calendas Martias, quando Ornithiæ flare incipiunt, ac per triginta dies durant, uix intelligi potest. Quare Landinus de Etesijs hoc dictū existimat. Verum cum Etesia Calendis Augusti incipiant flare, ac itidem per triginta dies durent, non uidetur hoc de hirundine quadrare. Nidum ponit Iryn flebiliter gemens infelix auis. Ego de Ornithijs intelligere cum Mancinel

lo malim, & cum Porphyrione adultum Ver intelligere. Tempus autem Ornithiarum non ad amuſſim à Poeta obſeruatum, ſed præteritis non ita pridem credo uſum, perinde atq; præſentibus, uel propter carmen, uel quia ita libuit. Porro hanc Oden ad Virgilium ſcribit, negotiatore, ut ait Acro: Myropolam, ut Landinus: Poetam, ut alij. Ego ad Poetam uix credo hanc Oden ſcriptam: uidetur enim oblique taxare, ut ſolet, unguentarij auaritiã, cum ait: Verum pone moras, & ſtudium lucri: niſi quis & hæc ioculariter dicta intelligat, ut præcedentia pleraq;

¶ - Et Cecropiæ domus.

Aeternum opprobrium.

Hic Acro, Cecrops inquit, Dux fuit Athenienſium: Athenienſes enim fuerunt Tereüs, & Progne. Hæc ille. Tereüs Thraciæ Tyrannus ab Ouid. dicitur, Athenis ne an alibi natus, ignotum. Ad idem pertinet, quod paulò poſt idem Acro ait, in domo Cecropis hoc factũ ſcelus cum in Thracia: quanquam per filiam Cecropis Strabo in Daulide. ſed hæc non ſunt tanti.

ODE XIII.

¶ - Milite nam tuo

Drusus Gelonos, implacidum genus.

Gelonos ponit pro Germanis, longe petitum nomẽ, ut ſolet. Quod etiam libro ſecundo admonuimus. Acro ait Gelonos, ac Brennos Gentes galliarum eſſe, quod neſcio ubi ipſe legerit. Porphyrio adiicit Cifalpinas gen

78 IN III. CAR. HORATII
tes esse. Quidam Genaunos emendarunt pro Gelonos.
Plinij codices ita uariant, ut nihil inde certi dicere quea-
mus, ubi de uictis gentibus Alpinis, & de Pannonia, nam
Brennos alibi, alibi Breunos reperias: Ptolemæus inter
Vindelicos numerat Breunos, inter Pannonios autem
Breucos. Florus cum Venonibus, & Vindelicis à Druso
uictis, & Brennos numerat. Strabo quoq; lib. 7. inter
Pannonios Breucos enumerat, ut Ptolemæus, & Pla-
nius. Quare conijcimus de Breucis nullam esse dubita-
tionem, quin sint Pannoniæ populi. Sed qui Vindelicis
sunt uicini, Brennine an Breuni sint appellandi, hoc
atq; lectori iudicandum relinquo. Ioannes Auentinus,
insignis rerum Bauaricarum scriptor, paulò ante hanc
ætatem, de Gelonis Vindelicis, qui ad Glanum fluuium
habitant, intelligit. Glanus sanè flumen exiguum, quod
in Ambronem fluuium, qui in Isaram, qui in Danubium
tandem labitur. Brennos autem ponit inter Isaram &
Oenum fluuios, paulò plus Monacho insigni oppido
orientaliores. Hæc ille. Breuni autem uicini Misauis
sunt in Alpibus. Caterum quod Acro Porphyrioq; Dru-
sum maiorem Neronum putarunt, rectè à Mancinello
redargutum est, ideoq; à nobis omittitur.

¶ Diluuiem minitatur agris.

Et Acro & Porphyrio meditatur legunt. Addit
Porphyrio male hoc dixisse Poetā, quia in ipso (inquit)
actu est, nec debet cogitare aut condiscere id quod iam
facit. Sed cum mediator sit exerceo, meditatio exercitatio.

tio, etiam aliquando armarum, ut Valla probat libro 1. Elegantiarum, non uideo quid sibi uelit Porphyrio.

¶ Nam tibi, quo die Portus Alexandrēa.

Ita euenit (inquit Porphyrio) ut post annos quindecim Drusus eo die Rhætos Vindelicos uinceret, quo die Augustus Alexandriam uicerat. Hæc ille. Vbi rursus Rhætos ac Vindelicos unam facit gentem. Deinde quindecim ait annos, qui sunt duodecim, à primo Consulatu Augusti, cum Q. Pædio: ad finem bellorum Ciuiliū, quando tertium sit Consul Augustus, tertio, ut ait Poëta lustro, sed nondum expleto. Si quidem lustrum pro spatio quinq; annorū acceperimus. At ego lustrum, si proprie usurpare uolumus, pro Olympiade accipio. Itaq; recte Poëta dixit: tertio lustro, id quod Porphyriōni occasionem præbuit erroris, si modo non totius huius Odes commentarius corruptus est, quod equidem suspicor. Poëta sanè ad plenam laudem Augusti accumulatio nem hoc quoq; adiicit: Ciuilibus armis finem impositū, postquam Aegyptus capta fuerit. Quod Dionysius Halicarnassæus primo fatetur libro. Nihil autem de istac comparatione, cuius meminit Porphyrio, si modo Porphyrio est, ac non potius aliquis impostor.

O D E X V.

Quem ab initio huius Ode ordinem faciunt & Acro & Porphyrio, etiā si non improbè, tamen coactū puto, mirū uero si non & concrepare lyra dicere liceat. Illud autem.

¶ -Et ordinem

Rectum euaganti frena licentiæ Iniecit.

Quidam pro euaganti, legunt, & uaganti, quod mihi displicet. Placet autem ordo Porphyriionis. Iniecit frena licentiæ ordinem rectum euaganti.

¶ Edicta rumpent Iulia.

Recte hoc Badius de Iulio intellexit cum Suetonio: maxime enim laborauit Augustus, ut rata essent, quæ Iulius instituerat. Deniq; considerandum lectori, quærum sit, quod Acro ait: Profestos dies dici, qui sint ante festos, cum Festus Pompeius dicat profestos dici non festos.

ANNOT. IN IIII. CAR. FINIS.

IN Q. HORATII

EPODON LIBRVM HENRICI
GLAREANI ANNOT.

ODE I.

Mira est hic, ne dicam monstrosa, Acronis ac Mancinelli de Epodis interpretatio, quam persequi non uisum est operæ pretium. Epodi dicuntur (inquit Diomedes) συνενδοχινῶς à partibus uersuum quæ legitimis & integris uersibus ἐν ἑὸς οὐρα, id est, accinuntur. Hæc inter reliquas multas, placet interpretatio: συνενδοχινῶς aut dixisse uidetur, quod à parte denominatio est totius. Huiusmodi cantilenis etiam barbaræ nationes utuntur, quanquam non proprius ad eum modum.

Amico

¶ Amice propugnacula.

Nimis argutus est hoc in loco Porphyryionis ordo, si modo eius est, ac nō alicuius impostoris: sed à Mancinello recte redargutus. Idē iudico de bis posita coniunctio ne, si, in quinto sextoq; uersibus: nā sit, nō si legendū est in quinto uersu, quātumuis hic repugnet Mancinellus.

¶ Vtrumne iussi persequemur otium

Non dulce, ni tecum simul.

Huius quæstionis duæ sunt partes, otiumne persequar, an laborem tecum subeam? Otium tu iussisti, laborem autem ferre strenuos decet uiros. Tandem post de liberationem intulit: Eremus, & te uel per Alpium iuga, &c. Deliberauit itaq; se iturum. Hæc ideo diximus, quod commentatores hūc locum indignissime tractant, præsertim Mancinellus cum suo corpore, & mēte, præter authoris & sensum & mentem. Quem quidem doctum ac diligentem uirum miror, cur Epodon legem ita prorsus ignorauerit, ut lamborum locum, atq; adeo carminis lambici rationem confuderit, quæ apud hunc Poetam optime habet. Quippe qui locis paribus nullo alio usus sit pede, quàm lambo ac Tribrachy. Quare in hoc uersu, Roges tuum labore quid iuueni meo: non legendum est laborem in accusandi casu, ut Badius legit. nec in quinto post, Non ut sit auxiliij, pro, non ut adsit auxili, ut Mancinellus ex antiquo codice male allegat: Carmen enim non patitur, quantumuis uetustus indicet codex. Adsit enim legēdum est, & auxili Synæresis est.

¶ Circaea tangat mœnia.

Thusculum intelligendum (inquit Porphyrio) quasi Poeta non nomet Thusculum. Quid si hyperbole est, ad nimis longam uillam ostēdendam, à Tusculo Circaei usq; promontorium etiam in Latio? Vt Ode 16. lib. 3. Quam si Mygdonijs regnum Halyattici Campis contia nuem. Quod etiam innuit Acro, sed obscure satis. Nolo, inquit, continuare agros Tusculanos usq; ad Circæum.

ODE II.

¶ Inutileisq; falce ramos amputans,
Feliciores inserit. Acro putatorem intelligi

nult, Mancinellus insitorem, Ego utrunq;.

¶ Non Attagen Ionicus
Mancinellus supplet uerbū est, At ego puto construe
endum, Non iucundior descendat in uentrem meum.

¶ Hæc ubi locutus.) Hic recte admonet Mancinellus distinguendum ac supplendum uerbum sum. Ceterum idem author ad hoc carmen, Libet iacere modo sub antiqua ilice, ait Acronem, Porphyrionem, & Diomedem hæc superioribus cōiungere: quod nescio quā uerum sit, si hæc totius propemodū odes uerba Alphij faciant, ut Porphyrio planē fatetur, sed iudicet lector. Hoc elegans est in nostro annotatore, qui in hac ode bis supplet, & coniuñtionem, semel post illud Dimetrum, Pernicis uxor Appuli. Iterum post illud trimetrum, Omnē relegit Idibus pecuniam. At in neutro opus esse, Badius illi satis luculenter ostendit. Ita q; nos de eo dicere

dicere super sedebimus. Eiusdē audaciæ est, quod sequente ode, uersu quinto. Queis pro quid legendum idem annotator putat, non existimans Horatianum candorem id habere, ut quid ueneni legatur, egregius uero iudex.

ODE V.

¶ At o deorum quisquis in cælo regis.

At uacat, inquit Acro. Mihi uero minime uidetur uacare, sed esse particula ex abrupto loquentis, ut planū euadit ex hoc Virgilij, quod idem Acro adducit.

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis.

Quasi qui plura prius secum animo uoluerit, ut nihil est cogitatione celerius, tandem in hæc proruperit uerba. Sed & alij hoc notarunt. Caterum hoc in loco, quisquis, legunt doctiores, etiamsi alteram lectionem, quicquid, non relinendam putem.

¶ Herbasq; quas & Colchos atq; Iberia.

Colchos, inquit Acro, ciuitas Ponti est. Porphyrio autem urbem Thesaliæ facit. Sed librariorū culpa hoc accidisse arbitror, qui ex regione urbem scripserunt. De Iberia idem in Acrone uitium. Sed & de Veia in eodem tres loci in meo codice corrupti erant, quos omnes emendare nō potuimus: pro exacta tamen legūt omnes exerta, quod & mihi magis arridet.

¶ Interminato cum semel fixæ cibo.

Interminato, id est, interdicto, exponit Acro: ut sit a uerbo interminor: quod compositum est ex inter & minor. Mancinellus & Badius ex in & terminor. com-

84 IN Q. HORAT. EPODON
positum putarunt, non recte, mea quidem sententia.
¶ Indormit unctis omniū cubilibus Obliuione pellicū.

Manifesta amphibologia. Porphyrio ita ordinat:
Indormit cubilibus unctis obliuione omnium pellicum,
ut genitiuus omnium pellicum regatur ab ablatiuo obli-
uione q. d. iacet in cubili suo oblitus omnium pellicum.
Pellices autem Canidia pro se sola dixit, ut idem ait. Alij
uero ita ordinanda putant hæc uerba: Indormit cubili-
bus omnium pellicum, unctis obliuioe: ita ut genitiuus
omnium pellicum, regatur ab ablatiuo cubilibus. q. d.
Ego, quæ uelut uxor sum, ab illo contemnor: ceterum
ipse securus apud quaslibet pellices (ita uocat reliquas)
uerfatur: quarum cubilia probe munita uidetur aduersa
sus mea incantamenta: Idq; sequentia uerba compro-
bant, Ah ah solutus ambulat, quasi iam resciscat.

¶ Nec uocata mens tua.

Marfis redibit uocibus. Porphyriōis expositio
hoc in loco prior, magis simplex uidetur. Quidam, redi-
bit, & uocata, ad alias incantatrices referunt, quod ui-
detur coactius. Sed lectori hoc iudicandum relinquimus.

ODE VI.

¶ Quin huc inanes, si potes, uertis minas?

Quin Mancinellus exponit, id est, potius, oblitus q.
Valla, cuius studiosus lector fuit, exponat pro cur nō.
Ideoq; hic locus interrogatiue legendus: quod nec Badius
animaduertit, qui uerte & pete legit, pro uertis & pe-
tis, male utrunq; cum nec carmen nec sensus patiatur.

ODE

ODE VII.

¶ Nec fuit leonibus
Unquam, nisi in dispar feris.

Quidam pro unquam legunt nunquam. Porphyrio etiam exponit dispar dispariter. Mihi placet ut feris sit adiectivum ad leonibus, & dispar intelligamus genus. Ut sit ordo: neq; unquam hic mos fuit feris leonibus, nisi in dispar genus. Et sanè hic est sensus simplex ac uerus.

ODE IX.

Vel ex hac Ode liquet odas non esse scriptas ita tempore posteriores, ut sunt ordine librorū. Eandem enim Augusti uictoriam tractat lib. 1. Car. Ode penultima.

¶ Hac Dorium, illis barbarum. Superfedissem sanè de illis quicquam dicere, si non Porphyrio bis repperet de modis, Treis (inquiens) species omnium carminum supra diximus, Ionicum, Lydium Barbarum. Hoc enim ode ultima libro 4. etiam docuit. Cæterum in Porphyrii uerbis pro Lydium ego Dorium lego. Et Lydium in Ionico modo intelligo: nō ob hoc tantum, quod Ionia in Lydia erat, sed quod modi etiam similes, ut populi utriusq; mores. Loquitur autem Porphyrio hic uulgato more. Erant siquidem tres modi uulgares, ut nunc quoq; cantorum ac ludionum uulgas habet, ut, re, mi, hoc est, Ionium in ut, Dorium in re, Phrygium siue Barbarum in mi. Nam Mixolydium non norunt etiam aliquanto doctiores Musici, & pauci nostra ætate uulgo tenores ad eum modum componere possunt. Nempe ut

quartæ Diapente speciei, superne annectant primam
 Diatessaron speciem. Ad quem modum ueteres Eccle-
 siastici miras effinxerunt cantilenas, hodie uel nullæ, uel
 paucissimæ ad eum modum à Symphonistis produntur.
 A ueteribus tamen sumptas elegantissime componunt.
 Ceterum septem esse tropos siue modos nemo est qui
 ignoret, qui septem illas diapason species norit, à septē
 literis maioribus ad septem minores. Nostra etas uocat
 septē essentiales literas. Tres porrò modi Dorius, Phry-
 gius, ac Lydius, suos habent subiugales, hypodorium,
 hypophrygium, ac hypolydium: cū quibus habent com-
 munia diapente systemata. Sic enim sex sunt modi, qui-
 bus additur Mixolydius, ut fiant septem. Verum ille, si
 inferne ad eius diapente annectes diatessaron, ut ipse
 superius habet, prorsus recidit in Dorium modum. Itaque
 proprie Mixolydius, non habet subiugalem ab alijs dia-
 pēctum natura, sed meditatione dūtaxat, id quod ex
 hac quæ lōgè est argutior theoria, facile intelligitur. Si
 quis enim oēs diapason species mediet & harmonicās,
 & arithmeticās, quæ quidē mediari possunt (secunda
 enim species Diapason harmonicās mediari nō potest,
 nec sexta arithmeticās) fient duodecim modi, quibus
 nostra etas utitur, sed appellatio manet à septem spe-
 ciebus Diapason, ut supra docuimus lib. 3. Hæc commen-
 tatores docere debebant, sed nihil de ijs intelligunt. Nec
 ego quicquam dicerem nisi hi carminū libri essent, ubi
 illa explicari conueniebat. sed nunc desinam, ne uidear
 ostentator

ostentator, q̄ uitium à me ita puto alienum, ut nullum magis. Mancinellus putat satis esse si quid de Doribus afferat, & quis primus tibiam inuenerit, quasi hoc multum pertineat ad explicationem huius difficultatis.

¶ Puppēs sinistrorsum citæ.) Placet quod Porphyrio hoc loco doctè differit. Mancinellus ait sinistrorsum dictum de nauibus Cleopatræ, quæ post sinistrum cornu in portu steterint, quod nescio ut intelligendum. Si enim ab oriente in occidentem uersa steterit Antoniana classis, nimirum portum Epiri, ad dextrū habuit. Acro celerrime pensum absoluit, ait enim: puppēs sinistrorsum citæ, id est, ueloces ad fugiendū. Hoc quoq; dubiū, citæ nomē ne sit, an potius participiū à cico, lector ipse dispiciat quid sequatur. Quod aut paulò ante per Gallos Mancinellus Galatas intelligit, placet. At quæ ex Ephoro apud Strabonē citat, de Gallie magnitudine usq; ad Gades, huic loco nō quadrant. Neq; Galatia Gallicæ pars est, ut inepte collegit. Sed hæc non est opus conuincere multis argumentis apud Geographiæ peritos: apud indoctos aut nihil proficies quantumuis lucteris.

¶ Cui super Carthaginem.) Hic Acro historiā adfert incerto authore: quæ si uera esset, facile in eius concederem sententiam. Sed nihil eiusmodi apud classicios, ut puto reperiās. Ego propemodū adducor à Poeta hoc dictū ad hunc sensum: Cui uirtus sepulchrum condidit super Carthaginem: quasi diutius duraturum quàm ipsa Carthago, quod etiam uerum est. Quidam legunt,

88 IN Q. HORATII EPODON
neq; Africano; quidam, Neq; Africanum. Si Africano le-
gatur, necesse est, ut intelligatur, bello. Verum sic inepa-
te subijcitur, Cui bello uirtus Romanorum condidit sea-
pulchrum super Carthaginem, cum hic sit ducum com-
paratio, non urbis ad ducem. Badius legit Africanum,
quod est expeditius, duriusculum tamē. Lector iudicet.

¶ Aut ille centum nobilem Cretam urbibus.
Ille Metellus (inquit Acro) siue Antonius. De Me-
tello ineptum est hoc loco intelligere.

¶ Metire nobis Cæcubum) Id est, imple uini
banum (idem inquit) quod aduersum nauseam proficit.
Porphyrio autem, quia austerissimum est Cæcubum ui-
num, inquit, merito nauseam coercet, Quæ duo quàm
concordent, iudicet lector: nam ego planè nō intelligo.

ODE XIII.
¶ Nobilis ut grandi cecinit cētaurus alumno.
Nobilem Chironem dicit (inquit Acro) cuius umbrā
ponit Achilli prædicentem fata sua. Ego quid sibi uelit
non admodum intelligo. Puto autem fingere Poëtam
hæc uerba Chironem cuius alumni aspidem canere
ut nutritium.

¶ Findunt Scamandri flumina.) Scamander
(idem inquit) fluuius Europam ab Asia diuidere dici-
tur, ideo posuit findunt. Risi cum hæc legerem, nō tam
ipsum authorem, quàm impostorem aliquem: quippe
qui uix puto Acronem tam indoctum fuisse, ut hæc ita
delirarit.

O D E XV.

¶ *Lentis adhærens brachijs. Acro hæc uerba ita colligit, quasi ad puellæ iuramentum pertineant.*

Ait enim iurabas arctius te mihi coniunctam fore quam ilici hederam: cum Poëtæ uerba aliter sonent. Nempe cum illius lentis brachijs adhæreret arctius atq; hedera procera astringitur ilex, Tum illam iurasse, &c. Badius lentius legit, exponitq; adhærentius: sed nemo in hoc eum sequitur, atq; ipse uariè hoc in codice excudit.

¶ *Nam si quid in Flacco iuri est.*

Mancinellus uiri est, exponit, ueneni uel naturalis uirtutis, non attendens hic lambum esse oportere, nec Spondeum hic locum habere. Virus autem pro ueneno primam producit, ut illud Virgilij declarat: Ille malum uirus serpentibus indidit atris.

O D E XVI.

¶ *Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas.*

A morte Tyberij Gracchi, quâdo primum bellum ciuile fuit, authore Dionysio, ad finem usq; bellorum ciuiliū, intercessere anni centum ac duo. Itaq; Porphyrio, altera ætas, id est, alterum seculū recte exponere uidetur. Acro aut̃ Marsos primū mouisse bella innuit: ideoq; ætatem accepisse uidetur pro tertia cētenarij parte, ut Herodotus tradit lib. 2. Erant aut̃ ab eo bello usq; ad finem bellorum ciuiliū anni plus minus sexaginta. Ideoq; iā teritur (inquit Poeta) altera ætas, nondū exacta erat. Quæ iccirco annotāda duximus, ne temere damnemus.

21 INTQ. HORAT. EPODON
quæ aliquo pacto iustā habere possunt defensionem. Et
certè à Poeta quædā ita ambigue prolata sunt, ut studio
quæsisse uideri queat, ne desit Grāmaticis de quo rixen
¶ Nouisq; rebus infidelis Allobrox. (tur.

Vel hæc exemplo esse possunt eorum quæ iamiam
diximus. Videtur enim Horatius dicere: Quam neq; Cas
tilina perdere potuit, qui propè totam concitasset Gala
liam in Remp. At Allobroges laudandi, qui nouis rebus
suam fidem non dedere, sed honestum utili prætulere.
Possunt autem alia esse lectorum iudicia. Acro enim ex
ponit nouis, id est, magnis, quod mihi displicet.

¶ Impia perdemus deuoti sanguinis æras.
Hic concluditur (inquit Porphyrio) sententia inde
cæpta: Quam neq; finitimi ualuerunt perdere Marſi.
Quare miror quid Mancinello uenerit in mentē ut sup
pleret accusatiūū nos. ait enim: ordo est: Perdemus nos
impia ætas sanguinis deuoti. Badius nō neglexit. Apulius
autem idem Mancinellus Taciti uerba de cœruleis Ger
manorum oculis, quā quidam alius de Britannis Cæs
aris uerba adduxit.

¶ Nefas uideri.) Legendum uidere propter cara
men, quantumuis reclamant codices. Neq; enim alios pe
des præter lambum hoc loco recipit.

¶ Aut melior pars.) Melior pro eo quod est mā
ior dictum est, ait commētarius hoc in loco Porphyrio
nis, ut habēt quidā codices, at ego Acronis puto. Nā Pro
phyrio postea ad hoc carmen: Aut pars indocili melior
grege

gregre. mollis & expes Inominata perprimat cubilia:
 Aut omnis ciuitas eamus, inquit, aut pars maior remane
 at, quæ mollis animi et sine spe est. Hæc ille. Ergo melior
 exponendū pro senior. ¶ Phocæorum.

Velut profugit execrata ciuitas.

Agros Porphyrio coniungit, ciuitas execrata a
 gros atq; lareis patrios, quod placet. Hic libet ridere no
 strum nugonem ac insignē fatuum, qui hoc in loco tria
 mutare ausus est uerba, nulla motus ratione, quàm q. ita
 placuit, post, ciuitas addit, quæ: (hoc enim habet ille,
 ubiq; aliquid hiat) & ite legit pro ire: suadete pro suade
 re. Mirum uero q. ille sibi placeat hoc inuento: tanta in
 alieno opere est audacia. Phocæorum autem cum diph
 thongo puto scribendum, pro Phocæorum, à nominati
 uo Phocæus. Vbi notandum, Phocæam esse nomen ur
 bis Ioniæ in Asia: unde denominatiuū Phocæus, græce
 Φωκæεύς apud Herodotū, & Φωκæεύς apud alios,
 Latine Phocæenses tetrasyllabon. Longe uero alia est re
 gio Phocis in Græcia: unde denominatiuū Φωκεύς uel
 Φωκινός. Verū hic scribendi error ita inualuit & in la
 tinis, & in græcis codicibus, ut planū sit illos hanc disse
 rentiā uel ignorasse, aut obseruare noluisse. Mancinela
 lus etiam historiā hanc narrans de Massiliensium ori
 gine, nomina, regionesq; cōfudit. Nihil enim hic de Pho
 censis in Græcia, ut ille narrationem incipit. Verum
 historia nota est apud Herodotum libro primo in Stra
 bonis græco codice iam Φωκæεύς leges, iam

92 IN Q. HORAT. EPODON

φωκείῃσι pro φωκαίῃσι, cum de Ionicis loquitur, sed errore librariorum haud dubie. A Phocænsibus est adagium φωκαίῃσι ἀπέ, id est, Phocænsium ex-
cratio, de quibus hoc loco Poeta, & à quibus Massilien-
ses in Gallia Narbonensi originem trahunt. A Phocensi
bus autem regionis Græciæ alterū est adagiū φωκείῃσι
sive φωκικὴ ἀπ' ὀνόμα, id est, Phocensium desperatio.
De his erudite D. Erasmus in Chiliadibus.

¶ Laboriosa nec cohors Vlyssæi.
Metri causa (inquit Porphyrio) separatio, id est, dis-
resis facta est, ut materiai & pictai solet dici, nisi forte
ita declinavit ut dici. Nam utrunq; nomen videmus pro
ducta syllaba terminari. Ita & paulo post Achillei dis-
xit. Hæc ille. Quæ verba ego planè non intelligo: Cum
nomina tertiæ declinationis τῶν συνήνευον apud
Græcos in nostrā latinam traducta, ei habeāt in geniti-
uo, ut Orpheus Orphei, Tydeus Tydei: Ita Achilles
Achillei, & Vlyssæus Vlyssæi. Mirū uero quod in sextam
Oden libri primi nihil eiusmodi notauerit hic noster
Porphyrio ubi est: Nec cursus duplicis per mare Vlyssæi
ut suspicer hæc corrupta esse. De datiuo autem græco,
non est dubium quin & si diphthongum in eī resoluta
habeat. Sed & dici ineptum exemplum esse uidetur.

ODE XVII.

¶ Ergo negatum uincor, ut credam miser.
Quidam legunt, ego, pro ergo: & connectunt, nega-
tum corpus, quod sequēte uersu sequitur. Sed magis mi-
hi

hi placet, ut ergo legatur: exponaturq; negatum, id est, ut negem. Sabella autem carmina pro Marsis non exponam, quod proxime sequatur: Caputq; Marsa dissilire nenia, etiamsi ita exponat Porphyrio, ac cum secutus Mancinellus. Quanquam Mancinellus parum memor est quid ipse exposuerit lib. 3. ode 6. ad illud: Sabellis docta ligonibus. Vbi ex Plinto ostendit Samnites etiā Sabellos dictos, à Græcis Saunitas. Tolerabilius erat si Sabina hoc loco exposuisset, ut Seruius tertio Georg. facit ad illud Virg. Dentesq; Sabellicus exacuit sus. Quāq; in huius odes commentario quædā Acronis, uidentur commixta Porphyriōis uerbis, aut assuta ab aliquo imposito: ut illud ad finē de, exilis: neq; ego Porphyriōnē hoc ignorasse puto, uerbū uidelicet esse, nō nomē. Neq; enim duo epitheta uni tribuuntur substantiuo absq; copula.

IN CARMINE SECVLARI.

Angelus Politianus Miscellaneorum cap. 58. eleganter ac diserte de his differit ludis. Caterum seculares ludos, non quod fierent anno uel centesimo deniq;, uel etiam centesimo decimoq; nuncupatos putat: Sed ob id magis (inquit) q; plerunq; semel hominis ætate fierent, ut multa alia, quæ rara sunt, post seculū euenire loquentium consuetudo usurpat. Hæc ille. Quasi uero non et seculum hominis, centum intelligantur anni. Nam ætatē hominis intelligere seculū, ne ipse quidem Domitio Martialis cōmentatori concedit. Ego seculū centū annos intelligo, ac inde seculareis dictos ludos. Actatē uero hoīe

94 IN Q. HORAT. EPODON
esse triginta tres annos, ac menseis quatuor, ut ex Hero
dato lib. 2. docuimus, uidelicet in singula secula ternas
hominum etates. Et apud Herodianum recte dictum,
triun spatio etatum solitos instaurari ludos seculares.

¶ Rite maturos aperire partus.) Aperire, id
est, edificare, exponit Acro. Sed id ego corruptum pu
to. Idem Acro paulo post, decies undenos annos centum
dixit, inquit. Quare puto Acronē legisse, non undenos,
sed ut denos. & sequenti uersu: & cantus, non ut cantus
quod placet. Rursus itē postea. Ilias turmas referri posse
putat ad Iliam matrem Romuli, quod ego neutiquam
puto. Eodem loco iussa nomen putauit, exponitq; iussa
id est, deorum responsa, cum iussa sit participium.

¶ Remq; prolemq; Et decus.) Versus est hiper
meter. Ceterum ego exponerem, Rem, id est, diuitias,
prolem, id est, liberos: decus, id est, imperium.

¶ Quæq; Auentinum tenet, Algidumq;
Quindecim Diana preces uiroꝝ.) Hac car
mina ac sequentia ad finem usq; magnam habent & ob
scuritatem, & difficultatem. Porphyrio ait: Hic quoq;
ex superiore sensu per zeugma, si particulam arcescen
dam esse: ut sit si quindecim uiroꝝ preces Diana cū
rat. Et eo quidem modo nullus fit sensus absq; altera hu
ius propositionis parte. Ideoq; alij, si, repetunt, sed cū
uerbis priorum carminum, si Diana æqua uidet palati
nas arces, curet preces quindecim uiroꝝ, pro curas
bit, ut illud pro roget prorogabit Acro exposuit, non
inepte

inepte meo quidem iudicio. Et solent Poëtae quandoque modos ac tempora propter carmen confundere. Vltimum autem uersum Sapphicum cum Adonico, ut Acro exponat non uideo: & Porphyrius mutilus est commentarius. Alij autem non chorus Phœbi exponendum putant, sed supplenda quædam: ut sit ordo, Chorus puorum puellarumque, doctus dicere laudes Phœbi & Dianæ, reportat etiam domum bonam certamque spem, ut ego. Sed in hoc toto carmine uidetur popularis esse stilus, quemadmodum in Prologis Terentij aliam, quam in ipso actu uidemus phrasin.

FINIS ANNOT. IN EPOD. LIB.

IN Q. HORATII

ARTEM POETICAM, HEN. GLAR.

REANI ANNOT.

Pisones Calphurniorum cognomen, eximia familia, uiri que ex ea plures, maxime post bellum Macedonicum: inter quos L. Calphurnius Piso C. Cæsaris socer: & C. Piso Ciceronis gener. Prioris meminit Plutarchus in Cæsare: Posterioris ipse Cicero de claris oratoribus. Sed ego malim de ijs, qui sub Augusto uixere Pisonibus, Lucio ac Cn. uiris consularibus intelligere. De Lucio plane intelligit Porphyrio. Filij, ut uocati, non legitur. Itaque ad patrem Lucium Pisonem ac eius filios scripsisse satis claret ex sequentibus Poëtae uerbis: Maxima pars uatum Pater, &

96 IN Q. HORATII EPODON
iuuenes patre digni: ubi inepte meo iudicio Acro expo-
nit, magister & discipuli. Ab initio autem huius operis
idem exponit, ad patrem & filium, uel ut alij dicunt, ad
fratres. Hæc ille. Adeo nihil apud hunc certi est.

¶ - cui lecta potenter erit res.

Hic libet rursus nostrum ridere annotatorem, tot uer-
bis in omnes doctos debacchatum, quicūq; datium mi-
hi per ablatiuū à me, & similia exponere solent. Nā per
ablatiuum ablationē significari, per datium acquisitio-
nem præcipit: quasi hoc nemo sciat: quanq̃ qualis est ac-
quisitio, cū dicitur: Paulo amputatur caput, & Socrati
eripitur pecunia, & in mille similibus? Verum enim uero
in hoc Virg. Cui non dictus Hylas: quare non liceat exa-
ponere, cui, id est à quo? Et ita Seruius. Et in hoc eiusdē:
Nemo ex hoc numero mihi nō donatus abibit: quid pro-
hibet exponere mihi per à me? Item in illo Horatii Sae-
tyra 2. Laudatur ab his, culpatur ab illis. Hic scilicet tam
nobilis grāmaticus obstabit? Sed obstant ex authoribus
allegata exempla: minime. Neq; enim nos negamus re-
cte dici, lecta mihi, ut Quintilianus sæpe habet, & item
alij. Sed quod non liceat mihi exponere per à me, cum
additur passiuū participium, hoc quidem inficias imus.
Præterea quædam exempla perperam adducit: ut illud
ex ode 26. lib. 1. Car. Quis sub arcto Rex gelidæ metua-
tur oræ. Vbi ineptissime hic, gelidæ oræ, existimauit da-
tiui esse casus, cum sit genitiui: ut in eam oden obiter di-
ximus. Et illud, cæco carpitur igni, eiusdem iudicat esse
casus

casus, cum sit ablatiui casus. Quod si mihi liberet in annotationibus ita spendide rhetoricari, ut hoc loco ille fecit, omnes Arcadas ac Boeotios uocans, qui eius non astipulentur sententiae, ostēderem huic nugatori quā sit Atticus, imò quā sit audaculus, ut nihil aliud dicam. Sed aliud agimus.

¶ - Et praesens in tempus omittat.

Eiusdem acuminis est, quod ad haec Poetae uerba, idē prodidit. Placet mihi (inquit) ut praesens ad auctorem referatur, nō ad tempus, ut sit, praesens, id est, operi suo fauens: aut si ad tempus omnino referēdum est, fit talis ordo: Auctor pleratq; differat, & omittat praesens. s. tempus, in tēpus. s. aliud. Hae ille docte ut alia. Laurentius Valla lib. 4. Elegant. exponit in praesens tēpus, id est in suum tempus, & idoneum. Idq; mihi magis arridet.

¶ - Cum lingua Catonis & Enni.

M. Furius, qui & Censorius dictus est Cato, inquit Acro. In quibus uerbis M. Portius legendum, non M. Furius. Et quae continuo sequuntur uerba eiusdem Acronis: Quod priores patres dixerunt, ego de Catone & Ennio intelligo. Deinde quae eiusdem rursus sequuntur: Illi in suis carminibus posuerūt, & super hoc noua uerba inuenerunt: de Virgilio, Varioq;. Neq; enim Cato uulgaria carmina composuit, sed orationes ac historias, ut testatur Cicero de Claris Oratoribus. At haec nō sunt tanti. Illud quod super haec Poetae uerba: Regis opus sterilisq; diu palus: idem Acro dicit, corruptū puto. Nam cū

primum hoc de Pontina palude exposuisset, nō ita multo post de Lucrino portu refert intelligēdum. Sed sunt commixta commentaria, ut iam sepius indicauimus.

¶ Nedum sermonum stet honos.

Nedum sanē quā eleganter pro, tantum abest ut, posuit: ut Terentius in *Heautontimorumenō*: Satrapes si fiet Amator, nunq̄ sufferre eius sumptus queat, Nedū tu possis. Non me latent, quæ lib. 2. de hac dictione à Val la præcipiuntur: at qui haud scio num quis ea ita seruauerit. Quod autem Badius negationem adiicit, atq; ita legit: Nedum sermonum haud stet honos, declinandum est, atq; fugiendum: imò ego admiratus sum uehementē quid ei in mentem uenerit, cū hæc tam temere mutaret.

¶ Archilochū proprio rabies armauit lābo.

Primus Archilochus lambos scripsit in Lycamben generum suum. Hæc Porphyrio. Sed Socerum suum legendum, ipsius uerbis cōuincemus facile, quæ in sextam oden Epodon scripsit, ad illud: Qualis Lycambæ spretus inuido gener, Archilochum, inquit, significat. Si igitur Lycambæ gener fuit Archilochus, Lycambes eius erat socer. Ad hæc autem Poëtæ uerba, quæ mox hic sequuntur & populares Vincentem strepitus magis placeant quæ idem Porphyrio loquitur, quā quæ Acrode plus merita laude argutatur.

¶ Telephus & Peleüs.

Quæ hoc loco in Acronis leguntur *Commentario de mendicitate Pelei & Telephi*, à nebulone aliquo conficta

ficta suspicor. Et ipse Acro in Epodon 17. ode de Telepho magnificentius sensit. Mouet nepotem Telephus Nereium. Quidam etiam hunc locum interrogatiue legunt, ego enuntiatue malim & proijcit, id est, omittit exponere, ut Acro.

¶ - Dauus ne loquatur, an Heros.

Ita legit Aldus. At D. Erasmus Roterod. in Adagio Thiresia cecior, legit, Diues ne loquatur an Irus. Badius legit: Dauus ne loquatur, herus ne. Quidam etiam legunt, Diuus ne loquatur an Heros. Quas lectiones lectoris iudicio committo. Sunt enim omnes tolerabiles. Quod aut quidam codices habent: Dauus ne loquatur an herus, corruptum est: quippe herus primam corripit.

¶ - Thebis nutritus an Argis.

Nec inducas Argis natum (inquit Acro) aut Thebis facias imperitum. Hec ille. Atqui si de Boeoticis Thebis ait, ut puto, non uideo quomodo hoc quadret, cum Boeotij de stupiditate apud omnes male audiant. Vnde est Boeotium ingenium: ut sit sensus Thebis nutritus apud stupidos, an Argis apud solerteis, Badij liber ab ipso excusus, exponebat nutritus Thebis. s. in Thracia, ubi natura sunt periti, quod ego non capio.

¶ Si quid inexpertum scenæ committis.

In sex his carminibus Poeta, inexpertum, nouum, commune, ignotum, indictum, pro eodem mea quidem sententia usurpauit. Omnia enim haec unam claudunt sententiam: ultimumq; carmen quarti expositio est.

Facit ad hoc idem Acronis de communi commentum. Et nota, communi proprium comparauit, cum statim post, publico priuatum.

¶ Publica materies priuati iuris erit.

Quinq; uero hoc loco uersus obscurum plane habet sensum. Publicam materiam intelligo, non, ut iam diximus, communem, intactam atq; indictam: sed contra à multis dictam, & in publico etiam notā ac celebratam: quam tamen priuatam posse fieri Poëta docet: quemadmodum Virgilius Troianam historiam, quæ publice celebrata fuit, & à multis scripta, tamen ingenio atq; inusitato genere elocutionis uelut sibi propriam fecit. Nec dissonat huic sensui Acronis expositio, quanquam intricata ea, nec fatis quod uult explicans. Videtur aut tria cauenda præcipere, ut publica materia priuati fiat iuris. Primum, si non circa uilem, patulumq; moraberis orbem, Secundum, Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus interpres, id est, tanquam hoc agas, quod fidus interpres agere debet. Tertium, Nec desilies imitator in arctum. Vnde pedem proferre pudor uetet, aut operis lex. Quibus uerbis corripit eum, qui nimiam adhibet curam in imitationem, de qua deijci sæpe contingat pudore, aut operis lege. Quanquam, ut ingenue fatear, nullus commentarius mihi satis hoc explicat, quo minus hæsitem. Porro de fido interprete sententia ab omnibus ita allegatur, quasi Horatius uoluerit dicere, non esse fidi interpretis uerbum uerbo reddere, cum Horatius contra-

trarium

erariū sentiat. Qui ex publica materia, inquit, priuatā facere uelit, nō debere hoc facere quod fidus facere solet interpres: cuius officium est, q̄ maxime fieri queat, & linguarum patiatur proprietās, uerbum uerbo reddere. Quod omni etate uix quisquam feliciter fecit D. Erasmo Roterod. At nos ignorantiae nostrae suffugium ex Poeta quærimus, qui longè alia mente hoc dixit: etiam si non negem posse alio transferri.

¶ - Ut scriptor Cyclicus olim.

Hoc in loco de Cyclico adeo ineptit Acro, ut merito ipsum Cyclicum appellaueris: sicut paulo post de gemino ouo. Quæ si ipsius sunt, ac non potius alicuius impostoris, nã ille egregie insanus est. Sed apud doctos non est dubium, multorum sæpe hic esse racemationes.

¶ Si plausoris eges aulæa manentis.) Aulæa autem dicta eo, quod in aula Attali regis inuenta sint deuicta eo, inquit Acro. Hoc ultimum ab aliquo indocto adiectum arbitror. Neq; enim Attalus hic, qui Eumenis fuit filius à Romanis deuictus fuit, sed amicus, populū Rom. hæredem instituit. Diximus de ijs latius Ode. 1.

¶ Reddere qui uoces iam scit puer.) Hic rursus noster annotator insigne temeritatis suæ adfert testimonium. Putat enim pro qui, legendum cum, ut pro quando exponatur: alioqui Horatium uisum solos eos significari, qui ea ipsa facerent, gestire paribus colludere, non autem pueros omnes. Sed pudet plura eius referre uerba. Non uidit ille ab Horatio satis superq; prouisum

101 IN Q. HOR. ART. POE.
sum per particulam iam ut notam facile authori uerba
immutaret.

¶ Aut agitur res in scenis.
Dicere uult, omnem rem in populi conspectu uel agi,
uel actam ostendi. Agitur, ut puer in Andria exemplum
præbet acta ostenditur, ut uitium uirginis à Cherea
illatum. Hæc propter Acronis commentarium, simulq;
Porphyryonis corruptionem diximus, & alios nonnullos,
qui hunc locum non recte explicant.

¶ Neue minor quinto, neu sit productior actu
Hoc de quinque personis perperam Acro intelligit,
quandò codex potest esse corruptus. Mirum uero quomodo
& Acro, & Badius hoc quod statim sequitur exponant.
Nec deus intersit nisi dignus iudice nodus inciderit, sed
ultima Acrois placet, ultimamq; Badij expositio, tunc nu-
minis personam inserendam, quoties adeo difficilis res sit,
ut non nisi interuentu numinis explicari possit, aut nisi
maiora moliamur quàm quæ humanis opibus effici possint.

¶ Actoris partes chorus, officiumq; uirile.
Authoris presserat Aldus. Sed non placet. Acro au-
tem si usquam alibi, certe hoc adeo delirat, ut absq; indi-
gnatione à nemine legi possint quæ hoc loco scribit. Sed
neq; Porphyryonis expositio mihi satisfacit. Res non
est omnino difficilis. Illud tamen, uirile, lectorem mora-
tur, nec mihi satis intellectum.

¶ Tibia non ut nunc orichalco.

Quid tuba sit apud neminem puto ignotum, ex illo
potissimum Ennij. At tuba terribili sonitu tarantara
dixit.

dixit. Quid autem Tibia sit eius æmula nō itē clarum est. Ego phthongorum, non foraminum multitudine intelligo. Neq; enim tuba foramina habet. Si quis etiā de magnitudine aut sonitus uehementia putet intelligi, nō admodum repugno. Quāq; diuersa hodie ut olim tibarum genera in usu habentur, quædam superne inflantur, decem foraminibus ante & post, cōnumerato eo etiā ubi exit flatus. Sed & hæc duplices, quædam simpliciter superne inflantur in latum porrecto foramine, mitē reddentes sonum, quædam lingulis prominentibus, duabus uelut pennis, quæ ori imponuntur, atq; hæc proxime ad tubam, clamosum sonitum reddunt. Quædam superne inflantur foramine angusto ac rotundo, inferne sex aut septem foraminibus. Sed duræ inflatiōis est hæc tibia, clamosa, & a longo gratior spacio. Sunt etiā tibiæ quæ transuersæ inflantur, sex foraminibus disdiapason habentes, quas ego puto fistulas dici, ut hodie in bellis Germania utitur, & Heluetij quidam Germani Heluetias uulgo uocant. Verū quotusquisq; hodie est, qui inter fistulam ac tibiā discrimen ullum norit, aut apud Græcos inter αὐλὴν καὶ σὺρυγγα. Et quod Plinius lib. 7. cap. 56. inquit Fistulam Pan, Monaulam Mercurius, Obliquam tibiā Midas in Phrygia, Geminas tibiās Marsyas in eadem gente inuenit, apud me nondum ita clarum est, ut nihil hæsitē, si quis ex me differentiam nostra ætate scire uelit ut taceam de præcentorijs, geminis, uastis, miluinis, Thurarijs, simplicibus, Græce

monaulis, Aegyptijs, Sarranis, Gingrijs, Lydis, & si
 quæ aliæ à gentibus nomina habent, de quibus passim
 multi scribunt, sed pauci formas explicant. Sed illud ori-
 chalco commentatores in uarias traxit sententias. Por-
 phyrio similimum bractæ aureæ putat, qua fistula ori-
 netur: quod similius uero puto quàm quod Badius in-
 strumentum facit ex orichalco. Acro etiam ex Varro-
 ne ostendit tibiam olim quatuor fuisse foraminum. Gala-
 lia hodie talibus utitur, & quædam Italie partes, tria-
 bus inferne & uno superne. Sed de his satis. Est item
 iuncta à uincio legendum: non iuncta à iungo.

¶ Nondum spissa nimis cōplere sedilia flatu.

Illud Nondum Acro coniungit ad utilis, hoc sensu,
 Nondū erat utilis tibia ad sedilia populi cōplenda, Cum
 Horatius ad spissa retulerit, hoc sensu: Tibia illa tenuis
 & simplex foramine paucio utilis erat ad complenda
 sedilia nondum spissa nimis.

¶ Indoctus quid enim saperet, liberq; laborū.

Postquam cœpit esse indoctus populus (idem inquit)
 sine differentia cœperunt esse omnia. Fortasse edoctus
 legit Acro. Nam alioquin non intelligo. Sequentia etiam
 uerba de tibicinibus, mutila sunt. Et quod, liber, inquit,
 tam à ciuili bello, quam ab extraneo, mihi displicet: pla-
 cet autem quod Badius ait, liber laborum, id est, paulo
 ante solutus à labore.

¶ Sic etiam fidibus uoces creuere seueris.

Acro hoc loco, neq; sonum à modo aut numero recte
 separatim

separatum intellexit: cū soni sint phthongi, modi uero tropi: quos nostra ætas tonos uocat. Numeri uero sono rûmetra. Inter lyram uero & citharā innuit discrimen, sed obscure. Cū lyra trichodos tetrachodosq; frequenter, nostra ætate etiā hexachordos instituat. Cithara uero 24. chordis ferè. Illud porrò quòd ait citharam olim fuisse monochordon, nusquam antea legi, nec puto esse uerum. Monochordon uero instrumentum, etiamnum hodie frequens uisitur.

¶ Verbaq; Pisones satyrorū scriptor amabo.

Satyrorum pro satyrographorum idem exponit: quod si est, ego malim satyrorum pro satyrarum dictū intelligere, bis enim antea ita intelligi potest à Poëta positum: & scriptor satyrarum coniungere. Alij tamē uerba satyrorum connectunt.

¶ Syluis deducti caueant me iudice Fauni.

Vix alibi tam ridicula dixit Acro atq; hoc loco, sed ab impostore aliqua assuta puto. Ideoq; non refellenda duximus.

¶ -Hic & in Acci Nobilibus trimetris.

Nobilibus, quidā putant his nomen fuisse quidā exponūt, tametsi nobiles apud plures existimētur, sintq; in multa laude, ac celebritate. Potest etiā fieri ut τριόπτω hoc dicat, ut solet in alijs, uituperat enim eos, q; iambū raro habeant, cū hoc optimū iambicū sit carmē, quod plurimis incedit iambis, ut docent grammatici.

¶ In scenam missos magno cum pondere uersus.

His in tribus uersibus Poëta quatuor reprehendit
in Iambico carmine, magnum sonum, operæ celeritatē,
ac negligentiam, deniq; imperitiā. Et in uerbo premit
intelligendum Iambus, ut recte Badius exposuerat. Sed
noster annotator hic aliò eum propè auertit, qui solita
audacia pro præpositiōe cum, legit, quod: Colligitq; or-
dinem à sexto carmine hoc modo: An iccirco uager scri-
bamq; licenter? an putem omnes uisuros peccata mea,
quod, id est, quia non quiuis iudex, id est, quicumq; uia-
det immodulata poemata, premit uersus missos magno
pondere in scenā crimine turpi operæ nimium celeris
carentis cura, & supple iterum, quod, id est, quia data
est indigna uenia Romanis Poëtis. Hæc ille seuerus
annotator. In quibus primum hoc inepte adnectit supe-
rioribus, an putem omnes uisuros peccata mea. Deinde
negationem, non, putat determinare etiam uerbum pre-
mit quod præcedit in priore uersu, quod inauditum est
Latinis auribus. Ego itaq; nouam sententiam ordior ab
ipso aduerbio non, quasi diceret: Iambus omissus, q̄ de-
turpet carmen, non ab omnibus iudicari recte potest.
Et Latini Poetæ hac in re ut in alijs, multum licentiæ sibi
usurparunt. Ego tamen ea de causa nolim uagari, licen-
terq; scribere, imo ita tutus, ac cautus intra spem ueniæ
ut omnes putē uisuros peccata mea, prouiore uidelicet
natura in uituperationem delictorum, q̄ in benefactorum
laudem. Quod si etiam culpam uitauero, nullam
tamen laudem merear, cuius gratia potissimum poema

ha componuntur. Quapropter ad Græcorum authorū exemplaria ultimo hortatur. Vt qui lambi rationem ubiq; diligentissime obseruarint, et ipse Horatius ad idē in Carminū, sed maxime in Epodon odis. Hæc pluribus uerbis, contra meum morem, egi, quod Acronis commentarius hic nimium inceptit, et Porphyriionis periit.

¶ Et plaustris uexisse poemata Thespis. Vel hoc loco uidere licet, quàm multa Acronis commentario affuta sint. Ait enim tam multa scripsisse, quæ posset plaustris aduehere. Corrupta tamē puto uerba. melius hic Porphyrio. Thespis, inquit, primum Tragœdias scripsit, genere Atheniensis, ad quas agendas plaustris circum egregias Græciæ ciuitates uehebatur.

¶ Et uim Dignam lege regi.

Hoc factum idem Acro ait sub Augusto, cum Poeta hic de Græca Comedia loquatur longe ante Augusti tempora scripta, statim subiiciens Latinos omnia ausos tentare, ac sequi. Sed non uidetur Acro temporum habuisse rationem etiam in alijs.

Ingenium misera quia fortunatius arte.

Ergo, quia Democritus ingenium debilius putat arte (inquit idem) ideo miseram eam dicit. Beatius legēdum in Acronē: nam ita paulo post exponit illud felicius in contextu. Risi autem illud ter repetitum, demisso capillo, et insulam Anticyram: et ter item exposuū purgabile, et quod à Democrito orta sit secta Epicurea: et si totōderit caput, nāciscetur nomē Poetæ: quod caput sē

natur tribus datis horis: miror quis has nugas sub alieno
ius docti hominis nomine ausus fuerit in uulgus edere.

¶ Respicere exemplar uitæ.) In eodem legitur,
Exemplum est paradigma, exemplar *λυτίτυπον*,
quod ego nūquam legi quod sciam; sed uel *πρωτότυ-*
πον, uel *ἑρχέτυπον* legendum existimo.

¶ Nec quodeūq; uolet, poscat sibi fabula credi
Hoc in loco Acronis uerba uehementer corrupta
sunt, ait enim: Ordo est. Quodcunq; uelit sibi credi fa-
bula poscat, cum Horatius contrarium dicat. Sed hæc
non sunt tanti.

¶ Ut scriptor si peccat idem librarius.

Et hoc quoq; loco uix expedies quid uoluerit Acro.
Quidam connectunt, scriptor librarius, quod placet.
Badius repetit coniunctionē si, deinde supplet coniun-
ctionem, & ad quem modum non fuerit difficile, etiam
alios quosdam locos obscuros explicare. Ego tamen
etiam si maxime possem, non facerem.

¶ Symphonia discors.

Acronis commentarius exponit symphonia, id est,
cantor, concentor. Et paulò post, sine istis. i. sine cōcor-
di symphonia. Rursus paulò post, Trochos, inquit, Græ-
ci quaternarios uocāt, quod ubi ipse legerit, miror. Por-
rò ad illud, Quid ni? Dij boni quantū est uerborum inea-
ptissimorum. Sed hæc tot nunc seculis legimus absq; iudi-
cio, & satis est Acronis uideri, cum fortassis impostoris
sint, quanquam quis ille Acro fuerit, planè dubito.

præsertim

¶ Præsertim census equestrem.

Census hoc loco participium est, & summam quadringentorum sestertiorum, intelligo cēsum equestrem ante Augustum, qui cum postea ampliavit auctore Suetonio. Quadringenta autem sestertia decem milibus valent coronatis francicis Budæana supputatione.

¶ Tyrtæusq; mares animos in martia bella.

Hanc historiā Acro bis narrat, primū uerbis suis. Vbi ab initio Athenienses in plerisq; codicibus perperā pro Messenijs legitur. Secundō uerbis Porphyriionis, quæ partim inuertit, pleraq; mutilauit. Multi etiam codices Dirceum habent, pro Tyrtæū, & Landinus planè ita legit, sed errat. De Tyrtæo præter alios etiam Strabo lib. 3.

¶ Si uero est unctū qui recte ponere possit.

Vinctum recte appellat (idem Acro inquit) pulmentarium bene coctum. Ego unctum participium esse existimo, & unctum ponere recte, id est, bene tractare eum qui è balneo unctus ad cœnā ueniebat, more priscorū.

¶ In mala derisum semel, exceptūq; sinistre.

Acro coniungit carmen hoc cum prioribus, exponitq; in mala seriā, id est, in malas necessitates, Alij disiungunt à prioribus, connectuntq; cum posterioribus. Sed est obscurius dictum, utrouis modo coniungas.

FINIS ANNOT. IN ART. POE.

IN Q. HORATII

SERMONVM LIB. I. HEN.

GLAR. ANNOT.

H iiij

A Cro hoc loco, cum Horatium Lucilio & Iuue-
nali comparasset, ultimum hæc adiicit uerba,
Denuq; nisi Iuuenalis, inquit, scripsisset, isto nemo esse
melior: quasi Iuuenalis in Satyra sit preferendus Hora-
tio. Memini olim ex D. Erasmo Roterod. sepe audisse,
Iuuenalem Satyræ maiestatem corrupisse, nec scisse Sa-
tyram scribere. Idq; etiam mihi uisum: Sed Acronis hoc
iudicium de Satyricis tam est ingeniosum, quàm expositio
uocis Satyræ. Plæriq; enim, inquit, Satyram à lance,
quæ plena diuersis frugibus in templo Cereris infertur,
nomen accepisse dicunt. Alij quod hoc carmen ita multa
ac uarijs rebus refertum sit, ut audiētes saturet. Alij
quod ita Satyra conuicia ac crimina hominum libere
inuadat, ut saturi homines, id est, ebrij. Hæc & plura
ille. Ego puto ex sententia huius Poetæ in arte, potius
ex agrestibus illis dijs appellatam Satyram. Ipse enim
Poeta ita ait:

Verum ita risores, ita commendare dicaces,
Conueniet Satyros. Et paulò ante:
Carminè qui Tragico uilem certauit ob hircum,
Mox etiam agrestes Satyros nudauit.
Ad quæ uerba etiam ipse Acro ita scribit: Docet (in-
quit) unde nata sit Satyra.

¶ - Loquacem Delassare ualent Fabium.
Ante loquacem distinctio est, & suspensa sententia,
qui figurate, nec minus eleganter infertur, loquacem des-
lassare.

lassare ualent Fabium. Quæ non intelligens subtilis ac argutus ille annotator, legendū existimat, lassare ut ualeāt, præcedit enim (inquit) adeo multa, id est, tã multa, quas particulas, ut, cõiunctio subsequi cõsuevit. Imperio sus grāmaticus, qui Poetã nostrū ad hæc nugæ adigit.

¶ Non tuus hic capiet uenter plus.

Quidam hic, quidam hoc, alij hinc legunt, quod mihi maxime probatur. Quod autem in commentario Acronis legitur, quia habes centum millia modios, corruptum est. Legendum enim modium.

¶ -decepta cupidine falso.

Et notandum (inquit Acro) cupidinem genere masculino pro cupiditate noue poni. Imò ego miror quis has nugæ in Horatium uexerit, apud quem cupido nullo unquam genere alio inuenitur, q̃ masculino. Id etiam ode 16. lib. 2. Carminum annotauimus. Caue construas, falso inquit, ut Badius exponi posse contendit.

¶ An si cognatos nullo natura labore.

Siue interrogatiue per an legatur, siue enutiatiue per at, intelligendum tamē semper est, si retinere uelis s. his tuis moribus, ac auaritiæ sordibus, nihilo plus efficias, quàm qui asellum sub frenis currere docere uelit.

¶ Vuidius quidam (nō longa est fabula) diues.

Acro hoc loco supplet, ita, ut sit, ita diues. In Porphyrii commentario suppletur, ideo, sed legendum puto, adeo: ut sit, adeo diues. Præterea quidam Vnidiū, quidam Vuidium, quidam etiam Vbidium scribunt: de

quibus nihil certi habemus quod affirmare queamus.

¶ - Fortissima Tyndaridarum.

Hoc Acro de Clytemnestra aut Helena intelligit. Porphyrio de Clytemnestra. Sed si hoc ita est, oportuit Tyndaridum genituum esse, non Tyndaridarum. Sed uidetur Horatius ab accusatiuo feminino græco Τυνδαρίδης formasse nominatiuum femininum Tyndarida, Tyndaridæ sicut ab accusatiuo Τὸν κρατὶς γὰρ ἴσθμιον cratera. Huius rei admonuit nos olim D. Erasmus Roterodamus præceptor noster.

¶ Quid mi igitur suades? ut uiuam Menius? aut sic.

Mira in his proprijs uariatio. Nam quidam Neuius legunt, alij Menius ut Porphyrio epistola 16. ab initio, quod placet. Satyra autem tertia paulo post, utrunque nomen est, Menius absentem Neuium cū carperet: quam quam quidam eo loco pro Neuio legunt Nouium: quod item placet. Acro autē hic de Menio hæc habet. Menius tam parcus fuit, ut merito sordidus appellaretur. Eademque uerba apud Porphyrionem leguntur. Sed Satyra tertia de Menio longe alia scribit Porphyrio. Quod ad hunc locum attinet, ego per Menium neutiquam hominem sordidū intelligo. Quorsum enim attinebat Horatio impugnāi, auarum ab auaro opponi? Hoc sensu, Horati, quando auaros damnas, uis igitur ut uiuam Menius, qui fuit auarus? Quid insulsius, imò quid alienius à Poëtæ mente? Quare intelligendus Menius qualis à Poëtâ describitur epistola XVI. scurra ac prodigus, qualis etiam

etiam Nomentanus. Nec obstant uerba sequentia: per-
gis pugnātia secum Frontibus aduersis componere. Pu-
gnantia enim hic sunt Horatij exempla, auari ut Vuidij:
& prodigi, ut de Menio ac Nomentano.

¶ Illuc, unde abij, redeo, nemon' ut auarus.

Nemon' ut auarus legendum, non autem, Nemo ut
sit auarus? ut quidam ex Acronis commentario decepti
legunt. Quippe Acro omnia sequētia uerba ad auarum
torquet, cum Horatius ad huius Satyræ principium re-
spexerit: atq; adeo ad prima uerba: Qui sit, uolens nunc
huic Satyræ finem imponere. Est autem hic sensus. Qui
fit ut nemo se probet, excepto uno auaro, ac potius u-
nusquisq; laudet diuersa sequenteis, tabescatq; q; aliena
capella gerat distentius uber, neq; quisquā se comparet
maiori turbæ pauperiorum, imò laboret hunc atq; hūc
superare. q. d. Si turbam pauperiorum post nos relictā
intueremur, potius q̄ ditiorum antecedētem, uideremus
utiq; quā longē hanc illa superaret, quietiores mente
futuri. Et nisi repetatur illud, Quid sit: certe nullus erit
hic sensus. Badius hercule hunc locum nō intellexit. Sed
ita nobis olim exposuit D. Erasmus præceptor noster.
Est autem totus locus interrogatiue legendus. Porro ex-
positio quoq; Porphyriōis, & sequens cōpatio, nostræ
sententiæ maxime congruent, ut lector ipse iudicabit.

SATYRA II.

Si quis uolet Acronis Porphyrionisq; ingenium,
quā late alterum ab altero distet, dispicere, & si mul-

tis alijs locis, quemadmodum saepe admonuimus, potissimum tamen ab huius Satyræ principio fieri licebit, qui utriusq; commentarium legerit. Quàm pauca, Dij boni quàm uere omnia Porphyrio: Rursus quàm ambigue, quàm confuse omnia Acro differit.

¶ Quinas hic capiti mercedes exigit.

Mercedes pro usuris dixisse Poetam Porphyrio ait. Addit Acro centesimas significari. Est autem usura centesima, quando de centum duodecim soluuntur, hoc est singuli singulis mēsis. Sic dicta quod centesimo mense aquet sortem. Quinq; igitur centesimæ in singulos menses quinq; exigunt, quæ usura ingēs est, cum nostra ætas ægre tantum in duodecim menseis eroget. Badius de singulis nummis ait auarū quinq; lucrari uelle, quod ego non intelligo, neq; ipsum intellexisse quid diceret, puto. Quemadmodū etiam quod paulo post Poeta inquit: Nomina sectatur Tyronum: ad castrense peculium inepte retulit, cum Poeta præcipitem sceneratoris auaritiam notet, ut fatetur Porphyrio, quod iuuenibus, qui adhuc in patria erant potestate, audebat nummos cum usura quina centesima credere non absq; periculo exigendi, cum certus non esset de soluēdo. Sed auaritia tanta uis erat, ut hoc tentare auderet. Et ipsi iuuenes, amore capti alicuius Puellæ, qua potiri absq; pecunia nō poterāt, nihil pensi habebāt, quid de pecunia paterna ageretur. Cuius elegās exemplū est Antipho ille Terentianus in Phormione cū sua Phanio, multaq; similia apud Comi

cos. Illud aut simulac, quod sequenti uersu à Poeta ponitur pro statim ut exponendum est, non per immediate, ut idem effert Badius, quàm latine, iudicent alij.

¶ At ille pro quæstu sumptum facit. hic.

Hypophora est authore Porphyryone. Cui Antipophorâ subiungit, dicendo, hic, quo responsio fit, per interrogationem legendum cum quadam quasi ammiratione. Badius hunc locum recte explicauit.

¶ Quarum subsuta talos tegit instita ueste.

Matronæ (inquit Acro) Stola utitur demissa usq; ad imos pedes: cuius imâ partē ambit instita subsuta. Hæc eadem uerba Porphyrio, unde Acro haud dubie subiungit. De stola muliebri ueste nemini dubiū: de instita aut hic locus non paruam facit difficultatē. Si enim dixisset Poeta (quod carmen tamen nō patitur) Quarū subsuta talos tegit stola instita: ut esset sensus: Quarū talos stola tegit subsuta instita, melius intelligeretur. Acro adiicit: subsutā uestē prætextā dixit. Per otus in suo cornu hoc allegat de stola: perinde atq; planum esset Institam esse stolā. Ego aut puto, ut plane dicam quod sentio, Hypalagen esse: & institam dictam pro stola, & uestē intelligendam quemadmodum & Ouidius lib. 1. de arte Am. usurpauit: uel institam uel limbrum: ut illud Virg. Date classibus austos. Verum cui nostra hæc sententia non placet, habet nostri annotatoris longe elegantiorē, quam ipse non intelligo, nec illum intellexisse puto.

¶ Quidā notus homo, cū exiret fornice matre

Virtute esto, inquit, sententia dia Catonis.
 Esto aduerbium cōsentientis uel approbantis, inquit.
 Acro, quod mihi displicet, puto enim positum pro sis.
 Quod uero & Porphyrio cum Acrone, Catonem intel-
 ligunt Censorinum, mihi non fit uerisimile. Poëta enim
 de suo loquitur tempore. Notus iniquiens homo, nimirū
 de quopiam quem nominare adhuc uiuentem nolebat
 sentiens. Censorinus autem Cato ante seculum decesser-
 rat. Præterea duorum Catonum tempora & mores fa-
 cile de Uticensi conuincunt.

¶ Audire est operæ pretiū, procedere recte.
 Qui moechis non uultis.) Audire uero est ope-
 re pretium triplicem Acronis hic expositionem, quarū
 ultima haud dubie à nugatore aliquo assuta est. Sicut
 non ita multo post de Villio Syllæ genero. Illud autem ri-
 diculum magis, q̃ caudam salacem salsam esse putat. Et
 quidam, intelligo, maritus: & demeteret adultero. Nā
 ut adulter sibi demessuerit, nō uidetur uerisimile. Quan-
 quam etiam locus ita legi poterat: quin etiam illud Ace-
 cidit, ut cuidam testeis, caudamq̃ salacem Demeteret
 ferro. Verum quid opus est Poëta immutare lectionem,
 cum sensus alioqui facile elici queat?

¶ Atq̃ etiam melius persæpe togatæ.
 Togatam uocare uidetur infamem ac repudiatam,
 uidelicet meretricē. Nam alioqui in uerbo sequenti ge-
 stat, sensus non procederet. Est autē mire uersus sermo,
 cum antea de nobili loqueretur, statim hic meretricis
 comparisonem facit ad ipsam.

Ne

¶-Ne corporis optima lynceis

Contemplare oculis.) D. Erasmus in Adagio.
Hypsea cecior, legit lyncei in genituo, à nominatio
Lynceus. Præterea contemplans pro contemplare, quæ
lectio placet. De Lynceo Valerius Max. lib. 1. cap. 3.
ubi de miraculis. Acro ait trans parietem hunc uidisse.
Sed assumentum est impostoris ut puto.

¶ Si interdicta petes uallo circumdata.

Idem Acro exponit, uallo circumdata, id est, custo-
dijs munita, circumdata satellitibus. Melius Badius hoc
de uestium ac comitum multitudine exposuit.

¶-Positum sic tangere nolit. Illud sic, δεκτη
 xōs intelligendum. Acro exponit sic, ad comedendum
 paratum. Porphyrio autem, appositum in cœna. Ego
 cum de uiuente intelligo loqui lepore, uel infirmo, uel nō
 fugiente. ¶-quem.

Quid latura sibi quid sit dolitura negatum.

Quærere plus prodest: Ordinem esse puto,
quem negatum sibi Quid sit latura, quid dolitura, plus
prodest quærere, & abscindere inane solido.

✠-miseram se conscia clamet.

Cruribus hæc metuat doti.) Porphyrio pro
ancilla exponit quæ sit conscia dominæ in hoc adulte-
rij facinore. Vt Satyra 7. sequentis libri. Quo te demum
sit peccati cōscia herilis Contractū. Landinus quoq; tale
quiddā prodidit. Sed mediatricē uocat. Quare exponen-
dum, Hæc ancilla metuat cruribus, uxor deprensæ doti,

ego mihi, hoc est, uel uitæ meæ, uel ne pereat nūmi, &c.

SATYRA TERTIA.

¶ - Modo summa.

Voce, modo hac resonans, quæ chordis quatuor imitatur.
Summa exponit Acro, id est, cautissima. Sed id liberiorum uitio corruptum puto pro acutissima. Ceterum quod sequitur, quod summa hypate sit, & quod quinta sit nete, quare quatuor, id est, post quatuor, ac per hoc quinta, exponendum, hoc uerum deliramentum est. Resertius Porphyrio, à Tetrachordo (inquit) hoc sumptum uidetur, in quo est grauissimi soni chorda quæ hypate dicitur. Notum est quinque esse tetrachorda apud musicos hypaton, meson, Synemenon, diezeugmenon ac hyperbolon, singula diatessaron consonantia constituta, At ego existimo in lyra hunc lusisse quæ quatuor chordis constabat, indeque Tetrachordos appellata: in qua imitanda chorda etiam hypate dici poterat, & nete summa, quæ nostra ætate singulæ diapente, nonnunquam diatessaron consonantia distant. Cum Acronis opinione de hypate est Politianus Miscellaneorum capite ultimo. Sed in his rebus Politiano quantum Acroni tribuo.

¶ Quauis crassa queat, decies centena dedisses.
Quamuis pro quantumuis accepisse uidetur, & decies centena intelligendum millia HS. Ut sit integrum decies centena millia nummum uel Sestertium. Qui faciunt coronatorum 25000. Budeana supputatione. Quæ Acro exposuit ducenta millia, Badius autem mille nummum.

inūm, uterq; non recte. Huic parco autem & paucis cō-
tento ἐπιπρωινὸς dixit, cum prodigum etiam in priore
Satyra descripsisset, & obiter hoc quoq; innuit loco.

¶ - imò alia haud fortasse minora.) Haud legen-
dum, non, &, ut non recte legit Badius. Nec minus er-
rant qui aut legunt. Sed Badius & hoc loco & priore
secutus uidetur Landinū, qui utroq; loco hallucinatur.

¶ Quam aut aquila aut serpens Epidaurius.
Aldinus codex habet ut pro aut priore, sed geminan-
dum aut, nemo dubitat. Ceterum cum omnis serpens acu-
te uideat. Epidaurius de historia Romana additum uide-
tur. De Epidauro autem insula ait Acro accersitum
Aesculapij simulachrum, cum Epidaurus ciuitas sit Pe-
loponesi. Inculcat hoc item ipse Porphyrio: Vnde &
Acro hausit, nisi codices fallant.

¶ - num qua tibi uitiorum in seuerit olim
Natura

Hic rursus seuerus annotator noster Poetae uerba
immutare non dubitat: Num tibi quid uitiorum & c. et.
durum & absonum iudicans si Poeta diceret, num ali-
qua natura: Quasi, qua coniungendum sit cum natura,
non cum mala. Elegans sane iudex. Inuenit tamen, qui
hoc loco cum sequendum putaret, Badium.

¶ Cū genus hoc inter uitæ uersetur, ubi acris
Inuidia.) Aulam notat, & homines in ea misere
degentes, atq; eò omnia hæc uerba sunt torquenda:
quod Acronem neglexisse uideo, & quosdam alios.

¶-Labeone infanior, inter

Sanos dicetur quanto hoc furiosius.

Distinguendum est ante Labeone, non post infanior. Ceterū Acro ad illud, Quanto hoc furiosius, Quod fecit (inquit) dominus, q̄ quod seruus admisit: cum Horatius ad sequentia respexerit, iam iā dicturus: Paulū delictū quid amicus, odisti & fugis. Cetera in parenthesis dicta sunt, à nullo cōmentatorum exacte discussa. Sunt autē à Poëta aduersus Stoicos dicta uerba, qui peccata omnia paria faciebāt, ergo paulū delinquere, nō admittebāt. Videbantur autē in hoc insuauis acerbisq; rerum indices contra omnium & opinionē, & usum. Vnde & πρὸς τοῦ λόγου hoc creditum, atq; à Cicerone quoq; tertio loco tractatum. Tu igitur (inquit Poëta) nisi concedas amicum paulū peccare posse, habere, ut Stoici, insuauis ac acerbis. Atq; hic est uerus horum uerborum sensus.

Nec uincet ratio hoc.) Mirū quā hoc loco corruptus sit Acronis cōmentarius, & sibi cōtrarius ad ea quæ præcedunt de natura. Quæ omnia qui emendare uolet, idē iungat uulpes & mulgeat hircos. Ad illud autem: Ne scutica dignū horribili sectere flagello: supplet, nō uereor: quod postea tertio sequitur uersu, sed inepte huc refertur, ut recte annotauit Badius. Stoicos enim in hanc dūtaxat partē peccare ait, q̄ leuia peccata, æque atq; magna puniebant: quod Horatius reprehendit.

¶-Vt Alfenus uaser.) Post uaser distinguendum. Dicere autem debuit Varus, ut puto, sed irrisorie uaser dixit

dixit. Nam P. Alfenus Varus Cos. fuit anno ab urbe condita 754. quo tēpore Horatius nescio an adhuc uixerit. Potest tamen de eo antea scripsisse, q̄ multis tēporibus reptandum eō erat, præsertim qui humili natus erat loco. Quod uero tertio inde sequitur uersu: sic optimus omnis est opifex: construendū est, omnis sapiens est optimus artifex.

SATYRA IIII.

¶ -Erat quod tollere uelles.) Erat (inquit Acro) quod uelles imitari: quod ex Porphyriōe accepisse uidetur. Nam & ille nōnulla esse in Lucilio dixisse uidetur, quæ uelis inde excerpere, & pro tuis habere. Sed ipse Poëta Sat. 10. cōtrariū sensisse uidetur ubi ait de Lucilio. At dixi fluere hunc lutulentum, sæpe ferentem.

Plura quidem tollenda relinquendis:

Et Quintilianus lib. 10. eodem pacto Horatium intellexisse uidetur: etiamsi ipse aliter de Lucilio iudicat.

¶ Agedum pauca accipe contra.) Audi tu qui reprehendis Satyricos Poëtas (inquit Acro) nō quòd Horatius multum reticet, sed quod uidetur conscius peccatorum. Hæc uerba ego nō intelligo. Sed corrupta puto.

¶ -ambulet ante

Noctem cum facibus.) Ante noctem cum facibus (idem inquit) pro per noctem aut ante tempus noctis, quia cæci sunt amatores, quia utuntur facibus eo tempore, quo non est utendum. Hæc ille. Ante pro per tisi inusitatum est, tamen propemodum magis placet,

quàm quæ sequuntur.

¶ Sulcius acer

Ambulat, & Caprius, rauci male,

Et Acro & Porphyrio plurali numero rauci legunt.
Quod etsi aliquo pacto intelligi queat, malim tamen legere, raucus male: Videlicet, ut Sulcium acrem, hunc autem raucum appellarit, quod nos olim admonuit D. Erasmus præceptor noster. Notarunt hoc etiam alij.

¶ Nulla taberna meos habeat, neq; pila tabellos.

Supplendum puto coniunctionem cum. Mirum uero cum nostri grammatici tam copiosi sint in supplendis uerbis, cur hic ita dormitarint. Esto, inquit, ut tu sis similis Cœli Byrriq; latronum, ego non sim similis Sulcij aut Caprij: cur igitur metuis me? cum nulla taberna meos habeat, neq; pila libellos. Hoc meum est iudicium, sequatur quisq; quod ipsi uidebitur.

¶ -uidos uicinum funus ut ægros.

Exanimat.) Quæ Porphyrio hoc loco adducit, placent. Acro non contentus ijs, sua affuit nugamenta de auaris. Badius cupidos uitæ exponit, sed sequar Porphyronem, qui intemperantes intelligit per uidos.

SATYRA V.

¶ -huc appelle, trecentos inseris.

Verba sunt nautæ (inquit Porphyrio) irascentis, cum plures naui imponantur quàm pepigerat, id est, pactus erat. Alijs uidentur hæc puerorum uerba ad nautam nimis cupidum multos accipere, quod etiamnum hodie in consuetudine habent, quanquam in conductæ naui fors

taſſis habebit locum Porphyriionis expositio.

¶ ac miſſæ paſtum retinacula mulæ

Nauta.) Synchysis eſt, præterea miſſa mule gignendine an dandi caſus ſit, per ambiguū. Porphyrio uero ait: Poſtq̃ obdormierunt uiatores, ducit nauta mulam diſiunctam paſtum, ac nauis retinacula ad ſaxum ligat. Hæc ille. Ex quibus uerbis per Syllepſim accipimus uiatores eos, qui naui uehebantur.

¶ Prætextam & latū clauū, prunæq; batillū.

Acro nihil hic notat, quā prætextam purpuream exponens, quæ in pectore extenditur ſenatorum: quæ uerba corrupta puto, & mutila. Porphyrio clariuſ hæc expoſuit, Luſcum Poetæ riſui fuiſſe, quod magni penderet indutū ſe eſſe lato clauo ac prætexta, & de balneis publicis prunas ſibi domum à mediſtiniſ aſſerri. Landinus per batillum uaſculum intellexit: prunas autem intelligi quibus ferrum candefcat ad inurendam rei notam. Hæc ille. mihi conſinxiffe uidetur, & ſecutus tamen eſt cum Badius. At Batillum ex Plinij lib. XXXIII. cap. VIII. apparet ferreum eſſe inſtrumentum paleſtæ ſimilitudine, quo prunæ præbentur. Nam ubi de duabluſ argenti differentiis incipit, Batillis (inquit) ferreis candentibus ramoſo impoſito, quod candidum permaneat, probatur. Hæc Plinij uerba belle cum Porphyrio ne conueniunt. Fieri autem poteſt, ut Landinus Catillum legerit, ut quidam alij.

¶ Quæ ſupereſt Caudi cauponas.

Obscurus est sermo. Porphyrio autem, à Capua (Inquit) profectus in Cocceij Neruæ uilla mansisse se indicat, quæ est supra tabernas Caudij oppidi. Hæc ille. Quæ uerba, si recte intelligo, innuunt non fuisse Caudij Poetam & comites, sed supra Caudium, extra uiam in Cocceij uilla. Poeta tamē more suo cauponas eius oppidi taxat, apud quas aliàs diuertit. Nam Venusiam hæc etiam ducebat uia. Quod aut alij superest exponunt, id est, excedit, quasi qui in Cocceij uilla melius accepti fuerint q̄ in Caudinis cauponis, frigidum mihi uidetur. ¶ Cāpanū in morbū, in faciē permulta iocatus

Ordo est: Permulta iocatus in Campanum morbū, in faciē. Non igitur locum habet, quod noster annotator in, mutat in ob, satis impudenter ut cetera solet. Quis aut sit ille morbus, commentatores non satis luculenter explicant, oris uidelicet fœditatem, aut arrogantiam, ut Acro. Ego propemodum adducor talem quendam fuisse morbum, qualem hodie neapolitanū uocant, ex eadem regione in has nationes nostra ætate à militibus non sine clade multorum hominū allatum, qui faciē, corpusq; miserrimis cicatricibus æturpare solet. Quæ ego non minus nocuum quàm lepram puto, multiq; boni uiri in ea sunt opinione. Porphyrio uero putat ore immundo fuisse Campanos, atq; inde uideri quibusdam Oscos dictos, quasi obscænos, quam opinionem ridet Festus Pompeius. Porro Oscos ultra Circæos in Campania habitasse author est Plinius lib. tertio cap. quinto. Rogabat

¶-rogabat Deniq; cur nunquam fugisset.

Nunq̄ legendum puto, non, unq̄. Est autem manifesta ironia & sermo perq̄ obscurus, innuit enim neq; cum libra farris contentū, neq; gracile, neq; pusillū, ideoq; sæpe fugisse: & libram farris contemptim dixit pro demenso, cum Demensum quaternos contineret modios, ut auctor est Donatus in primam Phormionis scenam.

¶ Nam uaga per ueterē dilapso flāma culinā.

Dilapso legit Acro, ut sit adiectiuum ad Vulcano, quod placet. Noster bellus annotator rursus hic ausus est adijcere uerbū est: præterea ad finem uersus coniunctionem, & : legit enim dilapsa est flamma culinam, & Vulcano summum properabat lambere tectum. Vbiq; deest illi aliquid, ubiq; hiat sententiæ iunctura. Sed hic nostræ ætatis emergendi modus est per summam optimorum authorum iniuriam.

¶ Conuiuas auidos cœnam, seruosq; timēteis.

Et hic locus obscuritatem habet ob ambiguitatem participij timenteis, sit ne seruorum an cōuiuarum epitheton. Deinde, qui rapere cœnā, qui extinguere uelle intelligantur, cum dicat, omneis uideres, qui timeant et qui timeantur, & quid timeant. Cōmentatores ferē silent, nec ego coniecturas meas ubiq; adferre possum.

¶ Nā Canusli lapidosus, aquę nō ditior urna.

Equuntutium Canusio præfert. Nam in Equuntutio ait bonum esse panem, Canusij lapidosum, & qui non urna aquę ditior, significans æque Canusij malam esse

quam atq; Equuntutij. Quamquam illud ditior, quid
referat panemne an locum, ambiguum est. De loco et si
uidetur durum, non est tamen omnino absurdum, quip-
pe quod uerbum proximo sequitur uersu.

¶ (Inde Rubos fessi.) In Rubos, habebant aliqui li-
bri, sed errant. Seruius lib. 1. Georgicon ad illud Virgilij:
Nunc facilis rubra texatur fiscina uirga, exponit, quæ
circa Rubos Italiæ abundat, plurimaq; nascatur: Allez-
gatq; hūc locum Horatij. Mancinellus de sanguineo uir-
gulto intelligi posse putat. Quare Seruius ad hoc oppi-
dū deducat adiectiui appellationē equidē mirabar, for-
tē q. rubeus, a, um, nō sit uox Latina, nisi à rubis: quan-
tū rubra etiam in Virgilio legi possit. Sed iudicent hoc do-
ctiores. Rubos autem Italiæ oppidū omnes habēt, quod
nemo opinor ignorat. Lādinus Campaniæ ait. Ego Apu-
liæ puto, inter Canusium & Barium: nota etiam apud
Ptolemæum nomina, maxime uero ex hoc itinere.

SATYRA VI.

¶ (Non, quia Mecænas Lydorum, &c.)

Non quia habes (inquit Acro) Hetruscos sineis, quos
incoluit quicquid Lydorum fuit, & quæ sequuntur reli-
qua. Si ea Acronis sunt ac non alicuius impostoris, nē il-
le egregie ineptus est, qui non modo non explicat nobis
authoris sensum, sed etiam corrumpit, quod quia alij
etiam notarunt, à nobis omittitur.

¶ (Ante potestatem Tulli.) Tulli pro Tullij, Nā
Seruium Tullium Sextum Romanorum regem innuit.
Acro

Acro aut non appositè allegat Virgilij uerba Aeneidos VI. Ocia qui rumpet patriæ, residesq; mouebit Tullus in arma uiros: cum Virgilius ibidem de tertio Romanorum rege, nempe Tullo hostilio loquatur, Qui utiq; nō ignobilis fuit. Badius autem scribit: Tullus unus fuit ex septem Regibus Romæ seruilis conditionis: Tullius autem orator insignis. Sed de eo non fit hic mentio. Hæc ille. dignum notatu scilicet quasi nullus alius Tullius q̃ Cicero fuerit. At Tullus Romanorum Rex non fuit seruilis conditionis, tertius nempe. Tullius autem uidelicet sextus, de quo hic loquitur, fuit utiq; . In commentarijs itaq; non oportuit hæc corrumpere. In carmine propter synæresim utiq; ita ponere licuit, quanquàm ego hæc Synæresim passa, uelim ubiq; duplici ij scribi, si usus reciperet. Tullij, Valerij, &c. ut Dij, ijdem.

¶ Inuidia accreuit: priuato quæ minor esset.

Hæc Acro interrogatiue legisse uidetur, mihi magis placet simplex enuntiatio exempli causa eius quod præcessit.

¶ Ut si qui ægrotet, quo morbo Barrus.

Hoc in loco noster annotator carmina pessime corripit, ineptissimeq; legit ad hunc modū: Ut si quis ægrotet quo morbo? ut Barrus haberi si cupiat formosus. Tantam audaciam non uidi multis annis in quoquam. Sed scilicet tanto audaciores sumus, quāto indoctiores. Non uidit is carminis legem, si quis pro qui legerit, id neutiquam habere locū. Octauum autem hinc carmen

dij boni q̄ eleganter secat. Vt Tullus rex non multo disti-
milius Metium Suffetium. Curare enim ad præceden-
tia, querere autem ad sequentia referri putat.

¶ Tū ne Syri, Damæ, aut Dionysi filius.

Colloquium est irati atq; indignantis populi in am-
bitiosum quendam. Tūne filius Syri (inquit populus) aut
Damæ, aut Dionysij, audes deicere e saxo ciues? aut tra-
dere Cadmo? Respondet ambitiosus: quid ni audeam? cū
collegam habeam Nouium uno post me gradu humilio-
ris conditionis, quippe liber ego, etiamsi libertino pa-
tre natus, cum Nouius aliquando seruus fuerit, nunc li-
bertus? Obijcit rursus populus, scilicet ob hoc superbia-
endum tibi, q̄ Nouium præcellis? atq; ob hoc te Paulo
aut Messalæ æquandū censes? Respondet rursus ambitio-
sus, aliquid esse præcellere Nouium. Quippe qui tam
clamosus sit, ut quamlibet aliam magnam uocem super-
rare queat. Tandem quasi placatus populus, uictusq;
saltem hoc nos tenet, respondet, alioqui insurrecturi ad-
uersus te, sed uicisti. Est autem amara ironia, & per
transitum amare etiam tactus Nouius.

¶ Nunc quia Mecænas tibi sum conuictor.

Quod tibi sum conuictor homo libertino patre na-
tus, plures reprehendunt, sed immerito. Quod autem
Tribunus militum, forsitan merito? Nam hoc illi distimi-
le est, hoc magno loco natis melius conueniebat, quæ
fortuna mihi nō contigit. Illud à uirtute procedit, quæ
utiq; mihi contigit. Quare iniuste mihi amicitiam tuam
obijciunt.

abijciunt. Atq; hic est uerus sensus horum uerborum.

- ac mala lustra.) Mala lustra aut (inquit Porphyrio) perpetuo epitheto dixit. Nec enim sunt bona ut ad discretionem eorum mala dixerit. Hæc ille. Quæ Acro autē adducit de lustris, ubi præda uidetur inclusa, mihi non placent. Longe aut incptissimū quod annotator noster ait, lustra Horatiū pro temporibus posuisse. Quæ uero ratio commouerit eum, nihil nos mouet. Catonis enim uerba sunt laudantis eum, qui maluit rem cum scorto habere, quàm cum maritata.

¶ - si & uiuo charus amicis.

Post amicis non ponemus colon punctū. Nam hyperbaton nondū finitum est, quod sexto ab hinc uersu cœperat. Est enim sensus: Quod purus ac insons sum, quod charus amicis, debeo hoc patri meo, qui horum omnium est causa.

¶ - magni

Quo pueri magnis è Centurionibus orti.

Pulchra nominū collusio magni pueri, è magnis nati Centurionibus. Flauium autem Calculatorem sui temporis notat, aut Romanorum potius mores, quemadmodum in arte dixerat:

Romani pueri longis rationibus affem

Discunt in partes centum deducere.

Quæ de Flauio in Porphyrione leguntur, corrupta sunt, nec à nobis restituta.

¶ - Astat Echinus

Vilis, cum patera guttus.) Quidam, quòd nimis asyndeta hæc uisa sint, legunt echino, & uilis con-

ungunt cum guttus. Vellem autem à commentatoribus diligentius explicata hæc nomina. In Porphyryone quædã corrupta sunt, in Acrone confusa: quippe quædam etiam falsa, ut guttus genus unguenti, cum uasis sit genus. Atqui apud me non est certum utram lectionem magis probem. Campanam suppellectilem intelligo sic stilia potius, quàm anea. Nam hic omnia humilia describit, ut patet de escis, porro, ciccre, & lagano.

SATYRA VII.

¶ Hybrida quo pacto sit Persius ultus.

Hybrida quare dixerit Poeta, Acro ut minimum quinque describit rationes. Sed scilicet fecunda est ignorantia. melior est ratio Plinij libro VIII. cap. LIII. Et ex eo planum, cum is esset diuersis natus parentibus.

¶ Sisennas Barros.

Acro Sisennam Barro unum facit, Porphyria duos, quanquam in Porphyryone Varus legitur errore ut puto codicum. Barri meminit priore epistola ut hominis libidinosi. Mea quidem opinione Horatius Sisennam Barro unum intellexit, non duos, alioqui dixisset Sisennas Barrosque ut equis præcurreret albis, quod & carmen patitur. Meminit D. Erasmus in adagio: Equis albis præcurrere. Illud autem cõuenit, quod tertio deinde sequitur uersu, ab Acrone per præteritum perfectum expositum est. Sed nõ mirum, cum Glauci & Diomedis permutatio apud Homerum Iliados? notissima, ibidẽ diuersa narretur. Sed elegantissimum est quod de aurea securi

securi fabulatur idem Acro. Magis eo in loco Porphyrio placet de abruptis atq; nimis altis locis Poetam loqui, ad quæ non facile eatur ad cædendum ligna. Deniq; quæ ad finem huius Satyræ de Cuculo dicuntur, maxime intelliguntur ex Plinij libro 13. cap. 26. quæ uerba eleganter D. Erasmus tractat in adagio, Cuculus.

SATYRA VIII.

¶ Nam fures dextra coërcet) Quia fustem tenens figuratur, inquit Acro. At in Priapeis falcem habere fingitur. Quod autem post aliquot uersus de cippo dicitur, Mille pedes in fronte, ad uiam uersum intelligitur, introrsum autem trecentos. Est nihilominus longitudo secundum mille, latitudo secundum trecentos pedes intelligenda: Si quidem omni in re maiori distantie longitudo attribuitur, ut author est Ptol. lib. 1. Geographiæ, cap. 6. Acro tamen contra exponit. Illud autem quod postea de luna rubente dicitur, ne foret his testis, post magna latere sepulchra, idem Acro de ueneficis intelligit. Sed quomodo eæ latere uolebant, ne essent conscie? Illud Calicendrum etiam satis diuerse à commetatoribus expositum. At si dentes apposititios Canidiæ ut uetule per iocum ac risum excidisse intelligimus, quædrat nimirum & Saganæ supposititiū crimen, quæ pro naturalibus capillis accipiebat, excidisse, id quod innuit Acro. Nam quod Gibbam Porphyrio ait, non intelligo.

SATYRA IX.

¶ Si bene me noui, non Viscū pluris amicū.

In Porphyrii commentario, ut plerique habent eodices, Tuscus pro uiscus legitur: ita ut quibusdam Tucca designari uisus sit. Sed Viscorū mentio est etiam sequenti Satyra non ita longe à fine, ut non sit tutum quicquam mutare ad codicum, qui corruptissimi sunt, fidem. Sed et Varro pro Variū plerique habet codices. Verū de his duobus lib. 1. odorū diximus, ode 24. quæ quidem scire potuimus.

¶ Garrulus hunc quando consumet cunctos.

Et Acro et Porphyrio κατὰ τὴν ἰδίαν disiectam dictionem quandocumque; prolatam asserunt: quid autem hoc loco significet, non explicant. Tu uide an non pro aliquando sit posita, aut quandoque. Natiuam enim significationem hoc loco sensus uix admittet.

¶ Quod ni fecisset, perdere licem.) In commentario Acronis, ad hæc uerba adijcitur: adesto mihi: quæ quid sibi uelint, comminisci non potui. Continuo post ad hæc Poetæ uerba: Et propero quo scis: omisa est obligatio, Et legendum in Acronis commentario: Non oblitus est Horatius, quod dixit sibi uisendum esse nescio quæ. Nisi aliter legerit Poetæ uerba Acro. Rursus statim post ad illa uerba: Mecænas quomodo tecum: deest, ait. sed agit legendum. Illa autem: Nemo dexterior fortuna est usus: Poetæ uerba sunt, Laudantis modestiam Mecænatibus. Qui cum fortunæ beneficio potuisset longe maior esse, noluit. Cæterum Badius sæpe Poetæ uerba dat Garrulo, et contra. Porphyrio admonet, olim duobus punctis interstincta fuisse, quæ sanè hodie non apparent. Verum

Verum ea omnia prosequi non est nostri instituti.

¶ Hodie trigesima sabbata uin' tu.

Acro quatuor expositiones hic adfert, ut est copiosus, quoties nihil certi adferre potest, quarū utinā una sit uera. Iudæi autem quomodo Neomenias dicunt, cum ea uox sit græca? Atqui hoc non mirādum, cum oppedere exponat contra pedem opponere. Badius uero subtilius scilicet obtemperare. Illud autē, curtis, Acro exponit, quia pellicula imminuti sunt. Quia Moses rex Iudæorum, cuius legibus reguntur, negligentia medicinalis effectus, & ne solus esset notabilis, omneis circuncidi uoluit. Hec ille. Elegans sanè organum Acro, per quod ueritatis lucē opprimere conatus est dæmon. Nota autē latinitatem siue Acronis siue impostoris alicuius, negligentia medicinalis effectus, pro, indigens medicina: & notabilis, qui pellicula careret, atq; inde omnes ad id coactos, quā elegans persuasio diaboli ut culpetur Moseos factum, quod à Deo edoctus atq; iussus erat.

¶ Et licet antestari.

Antestari legendum, quasi ex circumstātibz aliquē testem facere, idq; auris attactæ monitione, Vide D. Erasmus in adagio Aurem uellere. Quidam temere mutauerant in attestari, parū memores & quædā alia apud ueteres ad eam esse formā, ut Anquirere apud Liuium.

¶ Sic me seruauit Apollo.

Acro hic silet. Porphyrio de Homérico sumptum testatur: allegat autem ad hoc Lucilium, quæ uerba adco

corrupta sunt, ut ego restituere nequiverim. Ceterum locus esse uidetur Iliados quinto, ubi Apollo e Diomedis manibus eripit Aenean. Quidam ad Apollinem in iudiciali foro referunt: ad quem in ius garrulus ille ab adversario tractus est, atq; ita liberatus Horatius.

SATYRA X.

Quæ ab initio huius Satyræ octo sunt carmina, in plerisq; libris non habentur. At ea videntur uel Horatij uel simiæ eius. Ablata tamen uideri possunt etiâ Poëtæ consilio, q; notauerat quendam ex humili genere factum potentem: cū Poëta ipse libertino patre natus esset. Legendum autem in uersu sexto Exornatus, non exhortatus: ad eum sensum, quo Teretianus Chremes de Syro: adeo exornatū dabo, adeo depexū, ut dum uiuat, meinerit semper mei.

¶ nam sic

Et Laberi Mimos, ut pulchra poemata mirer.

Si dico Lucillium ideo bonum Poëtam quod habet facetias, idem mihi dicendum est de Laberio mimografo. Hæc Acro. Quare illud, nam sic, alij non recte mutarunt in, non sic, ut Badius excudit. Acronis autē uerba hic cito ut menti Poëtæ congrua, alioqui me non haberet subscribentē. Et sanè in hac satyra aliquot locis binæ, aliquot terna uidebis Acronis commentaria, aliquando contraria. Vt de Pitholeonte, quem nunc Rhodium facit, nunc de Canusio, ut ipse loquitur. Item Luteum Rheni caput, bisariam exponit, prorsus contrario sensu. Priore ita. Non quia luteum caput habet (inquit) Rhenum

Rhenus, sed quod luteum facit ipse describendo male. Et hæc placet expositio. Altera, Luteum (inquit) & ad naturam fluminis retulit, quoniam semper turbidum est, & ad uitium Alpini Poëtæ. Hoc falsum est de Rheno. est etiam contra Poëtæ & sensum & mentem.

¶ Forte epos acer Ut nemo, Varius ducit.

Hoc loco ex Acronis commentario non facile expe-
dies, utrum Varius molle ac facetum tribuat, an Virgi-
lio, Doctiores autem omnes Virgilio attribuunt. Por-
phyrio etiã facetum exponit, elegans. Meo iudicio Virgi-
lio dare uult Poëta naturæ illam simplicitatem, qua ue-
bementer enituit. Quintilianus etiam pro exemplo ad-
ducit hoc ex primo Aeneidos carmen:

Miratur molem Aeneas, magalia quondam.

Sed incredibile est quod hoc loco insanat annotator no-
ster. Nam epodum legendum contendit pro epos: & rura
pro rure. Et molle ac facetum ad Varium refert, hoc sen-
su: Nemo ducit Epodum. scilicet carmen molle atque facetum ut acer
Varius. Camœna gauderes annuerat rura Virgilio. Hic
uere cuculus mediã de Epodo corripit, & magna auda-
cia Poëtæ sensum inuertit, sed piget amplius de eo loqui.

¶ & Græcis intacti carminis author.

Hoc ideo dictum (inquit Porphyrio) quia nulli Græ-
corum hexametris uersibus hoc genus operis scripse-
runt. Acro idem cum dicat, admiscet tamen alia pro-
pæmodum ab his dissona.

FINIS ANNOT. IN I. LIB. SER.

IN Q. HORATII

SERMONVM LIB. II. HEN.

GLAR. ANNOT.

SATYRA PRIMA.

¶ Missus ad hoc pulsus (uetus est ut fama) Sabellis
 Sabellos manifeste accipit pro Samnitibus. Verisimi-
 le est enim bello Samnitico hoc oppidum à Samniti-
 bus possessum, deinde eis pulsus, Romanos suos illuc mi-
 sisse colonos aduersus Appulos Lucanosq; præsidium,
 ut de Luceria patet lib. 9. ab urbe cond. apud Liuium. Id
 hac de causa admonemus, quod sæpe aliàs in hunc Poeta
 tam Sabellum exponunt Marsum nostri cōmentatores.

¶ Ceruius Iratus leges minitatur & urnam.
 Virgilius lib. 1. Aeneidos uno item carmine breui-
 ter utrunq; complexus est: Partibus æquabat iustis, aut
 sorte traherat. Vt hic Horatius per leges intelligat in
 certis rebus latam sententiam: per urnam in rebus du-
 bijs. Et hunc locum recte explicuit Badius.

¶ Scæuæ uiuacem crede nepoti Matrem.
 At hunc non recte: Scæuam enim mulierem putauit,
 & Nepotem generis cōmunis: cum locus totus ironicos
 sit dictus, ut testatur Porphyrio. Scæua autem filius ma-
 trem ueneno extinxit, in cuius manum iocatur Hora-
 tius, piam dicendo, quippe Scæua non dextera, sed uene-
 no pugnabat. Illud, mala, quod quarto sequitur uersu,
 Badium fefellit. Sed id uel ad dextram referri potest,
 uel

uel quod malim ad cicuta. Nam cicuta nominatiui est casus, quasi Poeta dicat, innocēs est Scæuæ dextera, mala cicuta tollet anum uitiato melle.

¶ & qui

Duxit ab oppressa meritū Carthagine nomē.

Africanum Scipionem (inquit Acro) dicit, qui Africam funditus, Numantiamq; deleuit: unde postea Numantinus dictus est. Hæc ille. De posteriore Poeta loquitur Africano Aemiliano, qui Carthaginem (nō Africam ut Acro habet) Numantiamq; deleuit, Et Africanum nomen etiam adoptione habuit. Numantinus autem ubi dicatur, non memini. Ex his autem cōstat Lucillium uixisse tertio bello Punico: cum Ennius secundo. Et Ennium superioris Africani bella scripsisse, Lucillius priuatam uitam, in gratiam inferioris Scipionis ut putato: quod ideo admonemus, quod ferè commentatores hæc confundant. Ergo oppressa hic exponēdum extinta. C. autem Lælius est, à quo Ciceronis dialogus de amicitia nomen habet, Scipioni Aemiliano amicissimus. Cos. anno ab urbe cond. 614. Quo tempore multi uixere Metelli etiam consulares: de quo autem Lucillius scripserit, certum nobis nō constat, de Lupo adhuc minus.

¶ Si mala condideris in quēquam carmina.

Condideris legendum secunda persona: futurum enim frequenter producit, quamuis etiam quandoq; corripiatur uicinitate præteriti & significatione, & terminatione. Et mala pro maledica dixit, cū Horatius

pro uitiosa repetat, ut & Acro & Porphyrio annota-
runt. Sed Horatij uerba post esto, incipiunt. Cæterum
Badius hic non recte facit nouam interrogationem: Sed
si quis condiderit bona, quid de eo? Respondet Treba-
tius, talis laudatur Cæsare iudice. Hæc ita Badius. Verū
iudice præcedit non solū uerbū laudatur, sed etiā condi-
derit. Quod lector statim uidebit. Vltimum aut carmen
in postremis uerbis difficultatem habet: num Poëta de
se secunda persona pro quauis usus sit, an missus de Tre-
batio, pro frustratus positum intelligamus. Porphyrio
etiā tabule, id est, subsellia exponit, quod ego non intel-
ligo nisi ultimum carmen Trebatio potius demus.

SATYRA II.

¶ sed quem præcepit Ofellus.

Rusticus.) Recte Badius hic Acronis ineptias ar-
guit: sunt enim oppido futiles. Nec satis mirari possum,
quis has nugastam eleganti Poëtæ assuerit. Multo di-
gnissimus erat Horatius, ut alios haberet commentatores:
sed hoc eius fuit fatum.

¶ Carne tamen quamuis distat nihil hac magis illa.

Quæ hoc in loco Porphyrio adfert, impostoris alia
eius esse puto.

¶ Donec uos author docuit Prætorius.

Mirum quàm hoc loco nec secum, nec inter se conue-
niant Acro & Porphyrio. Acro ait Afellium prætorē
designari, alios tamen Sempronium uelle. Porphyrio
Plotium Plancum prætorium, cui statim subnectit Ru-
fum

sum prætorium. Plinius lib. 10. ubi de ciconijs nihil eius rei meminit. Cornelium tamen Nepotem Augusti principatu mortuum, scripsisse ait: Ciconias magis placere quam græcos, nihil addens ipsæ primus eius rei inuentor esset, an alius quispiam.

¶ Hac urget lupus, hac canis angit.

Quidam ad animalis naturam referunt: sed uidetur Horatius ad Lupum Rutiliū, de quo priore Satyra: & Auidienū Canem, de quo hic, retulisse, per Rutiliū uocem ac luxuriosum, per Auidienum sordidū innuens.

¶ In neutram partem cultus miser.

In neutram partem, hoc est, neq; sordide, neq; nimis splendide: hoc recte Badius. Sed illud, miser, pro misere uel anxie positum uidetur: ut, misere amat. Est enim misere cultus luxuriosus in unā partem: sordidus in alterā morose, atq; etiā misere. Porro luxuriosi exemplum uidetur Albutius seuus in seruos, quod in conuiujs appetendis non satis festinarent, muniāq; obirent, quæ illis ipse iniunxisset. Auari aut ac sordidi exemplum Neuius qui cōuiuis unctam, id est, sordidam præbebat aquam.

¶ Rancidum aprum antiqui laudabant.

In laudabant argutia est, laudabant (inquit) non quia nasus illis nullus erat, id est, non quod ignorarent rancidam esse factum ex conseruatione longiore. Sed credo hac mente, &c.

¶ Non ego, narrantem, temere cdi.

Acro cum paulò ante proscriptum fecisset Ofellum,

Et ab initio Stoicum quēdam Philosophum, hic concilio
nantem tamen recte intellexit. At cui connectat aduersa
bium temere dubitauit. Ego ad edi referendum puto,
non ad narrantem. Et narrantem uidetur $\pi\alpha\rho\alpha\tau\alpha\tau\iota$
 $\kappa\omicron\upsilon$ ad modum græcum, Latine enim uix ita incluseris.
Et noui nō recte dixit repetēdū esse Acro. Sed ordo est:
Tu uideas metato in agello Cū pec. Et gna. fortē merc.
colonum narrantem. Non ego temere edi in luce prof.

SATYRA III.

¶ Postquam omnis res mea Ianum.

Ad medium.

Iani statuę tres erant (inquit idem) ad unam illarum
solebant conuenire creditores Et scēnatores, alij ad
reddendum, alij ad locandum scēnus. Hec ille. Porphy-
rio autem ait, omnes ad Ianum in Basilica stabant scēna-
tores. At lib. I. epistola I. Et Acro Et Porphyrio fa-
tentur duas esse ad Basilicam Pauli. Verum quia Hora-
tius medium ait, uidentur fuisse tres. Meminit Cicero ad
finem lib. II. Officiorum. Sed toto hoc genere, inquit,
de querenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda,
commodius à quibusdam optimis uiris ad medium Ianū
sedentibus, quā ab ullis philosophis ulla in schola dis-
sputatur. Vbi male legitur ad medium ianuę, ineptiusq;
ab commentatoribus in hemicyclo exponitur. Hunc lo-
cum primus eruit nobis D. Erasmus Roterod. uir natus
ad hoc, ut errores ex optimorum authorum libris tol-
lat, que madmodum monstra ex mundo Hercules.

Cum

Cum Ilionam edormit.

Quæ hic Acro adfert de Iliona, ut loco fratris, filium posuerit, ita ut Polymnestor deceptus filium trucidauerit, abs quo conficta sint, imò à quo recepta, mirari satis nequeo. Ego fabulæ nomen Ilione fuisse puto, & Fusum uel eius, uel Hecubes personam, Catienum Polydori obtruncati egisse. Quod ex hoc carmine apparet, quod in Acronis commentario citatur: Mater te appello, soror ò surge & sepeli me in Porphyriionis cōmento aliter legitur, quasi octonarius iambicus. Sed nō solum ibidem hic est error. Ea omnia sanare nec possumus, nec nostri est propositi.

¶ Nescio an Anticyram.

Multum Anticyræ (inquit Acro) dandum est avaris: quasi Anticyra herba sit, quòd planè puto illum existimasse: quippe qui paulò post dicat: posuit autem Anticyram pro medicamine. Simile est quod paulo post exponit: Dare centum, id est, ducentas libras, nouem modios grani. Hæc ille. Quis pateretur hæc à puero, si quem quis audiret ita delirantem? Nunc editis libris in authorem tam uetustum ac elegantem talcis nugæ pro enarrationibus legimus.

¶ Is intestabilis & sacer esto.

Intestabiles (inquit Acro) appellabantur, quorum testimonium non ualebat. Porphyrio autem, Antiqui eos (inquit) quos in testimonium dimitti nolebant, intestabiles uocabant. Hæc ille. Multa similia Iurisperiti.

Badius autem instabilis exponit, id est, testamenti exopers, & rerum mearum: idque propius uero hoc loco. Non possum autem satis mirari insignem impudentiam nostri authoris, qui tres dictiones ex una facit. stabilis in te: & ambo nominatiui casus censet. Præterea post uerbum, adiicit aut, contra & sensum, & mentem authoris. Huic tam audaci corruptori modestius quam oportuit respondit Badius. Ideo ea repetere super sedebimus.

¶ quorsum insanus? quid enim Ajax Fecit?

Badius putat hæc Agamemnonis esse uerba: at ego puto plebeij, qui dicat Agamemnoni: quo genere insaniam laborauit Ajax qui cum insanum appellas, cum insis non minus insanus? quod statim probabit.

¶ ac Thusci turba impia uici.

Mira est contentio authorum de hoc uico, ubi, & qua parte ciuitatis, quando ceperit, & quare eius turba hic impia dicatur, quos omnes componere non est nostri instituti. Hoc autem risi, quod Annuus quidam Viaterbiensis egregie stomachatus & in Liuium & in Dionysium Halicarnasum, sub Romulo, authore Varrone, non sub Porfena, huius uici nomen fuisse ut illi uoluere, contendat. Deinde turbam impiam dici, quæ patriam reliquerint, alioqui religiosissimos: quasi Poeta, non suare spexerit tempora: & à septingentis annis mutatio mira fieri potuit: nimirum ut tota Roma mutata fuerat ex sobria in ebriam, ita & uicus hic ex religioso in impiu.

In Acronis uero commentarijs Aricinis legendum, pro Hercinijs.

¶ Sume tibi decies, tibi tantundē, tibi triplex.

Vt in decies intelligimus centena millia HS. ita in triplex intelligo tricies centena millia HS. Hoc est, ter decies siue ter tantum quātum uel uenatori, uel piscatori. Ratioq; subiungitur: Vnde uxor media currit de nocte uocata, uel citata, ut Porphyrio legisse uidetur. Badius hæc exponit quasi idem sit tricies HS. & triginta sester tia. item decies HS. & decem sestertia: cum Budaus, ingens Gallie nostræ ornāmētum, hæc in immensum differre non minus luculenter quā erudite ostenderit.

¶ Quid: cū Picenis excerpēs semina pomis.

Inter Picenum & Picentem hoc interest, Picenum uas dicimus, Picentem, hominem. Hæc Acro: quæ ego corrupta puto. Picenum enim regio est prope Umbros, Anconam usq; tensa. Picentes uero uicini Lucanis ac Hirpinis, ab alteris originem duxere, ut Strabo author est libro quinto ad finem.

¶ atq; ignem gladio scrutare.

Pythagoricum est, inquit Porphyrio. D. Erasmus Roterod. trifariam hoc ab authoribus magnis usurpatum docet in Adagionum uolumine, ubi de Pythagoræ Symbolis. Ceterum Poeta hoc loco ut ostendat amorem insanum magis puero a edificante casas, hoc ait: Pueri lusum, stultum illum quidem, sed innocuum, neque quicquam periculi aduchentem: Amatoris autem stult-

titiam sepe cruorem adducere, sepe etiam ad crudelitatem prouocare: id quod & de Mario continuo probat. Præterea Ceritus nomen quidam ἀπὸ τῆς κέραιας & deductū putant. Sed ego malim cum Nonio dictum asserere, Cerritum quasi Cereritum, id est, Cereris ira percussum, atq; ideo primā longam, ut in ferrē pro fererē.

¶ Chrysippus ponit fœcūda in gēte Meneni.

Menenius (inquit Porphyrio) fuit illis temporibus insanus uel certe plebeius, qui tamen uideri uoluit & Menenio illo, qui senatum & populum in gratiam reduxit. Hæc ille. Significat igitur Menenium in hoc stultum, quod altioris originis esse uoluit quā erat. locus autem in Porphyrione corruptus erat.

¶ Stoice post damnum sic uendas.

In, sic, uidetur esse argutia, quasi diceret, ita precor ut omnia uendas pluris, modo mihi dixeris qualem borem stultitia, ut sic te Diua Potens Cypri. deinde satyrica reprehensio in, post damnum.

¶ Aedificas, hoc est longos imitaris.

Insaniam ostendit quod ædificet, deinde quod breuius longos imitetur, innuit pauperem illum uelle æquare se diuitibus, quod etiam insanie genus non uulgare, etiamsi frequentissimum uulgatissimumq;.

¶ Maior dimidio.

Quidam putant hæc Pulli respondentis uerba esse, qui dicere uelit matri uitulum dimidio maiorem fuisse quā ipsa esset cum se semel inflasset, sed mihi continuus

ius uidetur sermo matris, quasi quæ putet immane,
monstrum quod dimidio maius esset q̄ ipsa inflata: ita
enim ipsi uisum est, & procedit optime iocus apologi
ad pusilli hominis existimationem, quam de se concipit.

¶ Non dico horrendam rabiem.

Mira loci huius uariatio tum lectione, tum exposi-
tione: quidam dicam pro dico legunt, quidā desine, qui-
dam desino. Ceterum multæ expositiones esse possunt,
est tamen uelut duorum concertantium ac conuitian-
tium sermo, ita ut propè simul loqui uideantur. Damasippus igitur rogatus, egregie Horatio Stultitiam obij-
cit, quod ædificet, quod carmina faciat, quod cultum
censu maiorem ostendet. Deniq; quod & in amorem fu-
rat. Horatius contra, Damasippum admonet ut suis se
teneat, adiecturus fortassis aliquid, nisi Damasippus ob-
turbasset. Tandem Horatius tanquam offensus ac iam
abiens, pronūtiat Damasippum maiorem esse stultum.
Quidam etiam hæc uerba, non dicam horrendam ra-
biem, ita intelligunt, quasi dicat, horrendam rabiem ob-
ticeo, quia desino. Sed cultum maiorem censu, mille fu-
rores puellarum puerorumq; dicam. Potest etiam, iam
desine Horatius, ut interturbās dicere, ut reliqua omnia
interturbantur.

SATYRA IIII.

¶ -nanq; marem cohibent callosa uitellū.

Obscure est hoc dictum. Acro exponit marem, id
est, sortem, durum, noster annotator pro meliore, sed

sensum tamen non explicant. Propius uero uidetur, quod Badius ait, marem uitellum, unde masculus nascatur si supponatur, & cohibent pro, in se tenent. Illud callosa maxime explicatum hoc loco uelim: nam callos multos habentia non satisfacit ad sensum eliciendum.

¶ & quibus assis

Languidus in cubitum.

Hæc uerba coniungenda sunt, nec distinguenda post assis. Assos enim quosdā cibos ita aliquando placere ait, ut languidum conuiuiam rursus excitent inuitentq; ad edendū, qui iam ad nullū cibum amplius surrecturus uidebatur. Languidus igitur, hoc est satur, & reponet. i. rursus se erigit à thoro, ut comedat. In Umber autē alia incipit præceptio. Badius sequētia recte exposuit, cōtra insignē nostri annotatoris impudentiam & hallucinationē, qui Umber hoc loco hominis non apri epitheton esse existimauit. Sed illa priora male disiunxit idem Badius. Nā post assis colon posuit, & sequēs carnē sequenti de Apro præceptioni connexuit, quod non placet.

¶ Vineæ summittit capreas non semper eduleis.

Capreas pro hædis exponit Porphyrio, si codex non errat, quod equidem suspicor, quemadmodum & paulò ante corrupta sunt quæ de Vitelli genere, & sungis scripsit, ac de muricum Peloridumq; comparatione. Ceterum si ob uites Baccho caper omnibus aris ceditur, ut est apud Maronem, non uideo, quomodo hic locus de animali intelligatur.

Vener

¶ Venucula conuenit ollis.

Plinius lib. 14. cap. 2. Venuculam uocat ollis aptissimam, alludens ad hunc Horatii locum, ut opinor. Catearum de alece & eius generis alijs, quæ paulò post hic Poëta numerat, uide eundem Plinium lib. 31. cap. 8. Horatius genere neutro usurpauit ut Plautus, sed Plinius feminino.

¶ Ten lapides uarios lutulenta radere.

Badius de lapidibus in poculis intellexit, & palmam de manu. Porphyrio de marmore dictum scribit. Vnde non dubito pro uarios, legendum parios, ut admonuit nos D. Erasmus præceptor noster. Et palmam de scopis intelligendum. Et est sensus elegans ad illud:

Immane est uitium dare millia terna macello.

Angustoq; uagos pisces urgere catino.

Sic non decere aut pulchra sedilia sordidis commaculare scobinis, & Tyrias uesteis dare circū illota toralia. Quare cum Porphyrione hic sensus de marmoribus intelligendus, non de lapidibus in poculis.

SATYRA V.

O Laërtiade quicquid dicam aut erit aut nō.

Post non, distinguendum & à sequente uersu noua sententia incipienda. Badius non attentus ad munus hoc ab Ioue Tiresiæ datum, etenim pro certe exponit, quasi aduerbium sit, & non potius coniunctio rationalis, & magnus Apollo non donat diuinare mihi,

243 IN II. SERM. HORAT.
contra authoris & sensum & mentem. Notum est ridicu-
lum hoc Tiresiae uaticinium apud omnes.

¶ -ergo nunc Dama sodalis.

Omnino Dama legendum, ut in codice Aldino habetur. Annotator noster hoc in loco rursus ostendit se nullius esse iudicii nugatorē, cum uelit legendū esse clama-
re. Sed quia huic Badius satis respondit, nos omittimus.

SATYRA VI.

¶ Si ueneror stultus nihil horum.

Veneror pro honoror exponit Badius, nō recte meo iudicio: honoro tolerabilius esset. Sed quidam suspicantur legendum, uenor, non ueneror, idq; etiam placuit D. Eras. Denormat autem, uersu sequenti & Acro, & Porphyrio legunt, quod item placet.

¶ Matutine pater, seu lane libentius audis.

Pudet me legere quae hoc loco narrat Acro: adeo ineptit. Et septimo deinde uersu: Interiore diem gyro, exponendum, breuiore supra horizonta, uel supra terrā circulo. Badius de epicyclo intellexit, quasi sol etiam epicyclum habeat. Acronis cōmentarius hoc loco quid dicat uix intelligitur.

¶ De re communi scribæ magna.

Recte Badius hunc uersum restituit: De re communi & magna scribæ atq; nouate. Somniauit hoc quoq; annotator noster, sed non assequitur, ut solet, & recte reprehenditur à Badio. Quidam pro, nouate, legunt nouate, per duas dictiones, & placet lectio.

¶ ad puteal cras.

Porphyrio in Epistolam uicesimam libri primi: Puteal (ait) Libonis, sedes prætoris fuit prope arcū Fabianum, dictum q̄ à Libone illic primum tribunal & subsellia collocata sint. Dionysius lib. 3. sub finem, ubi de Neuio Actio (ita enim ipse nominat) eius columnam ante curiam prope sacrum templum fuisse scribit, parūq̄ ab eo distantem aram, cui cos ipsa & nouacula insculpta sint, Locum autem à Romanis Puteum uocari, meminit & Cicero de Diuinationibus. Sed de his satis. Multa Cœlius alia adducit parum ad rem attinentia.

¶ - noster ludos spectauerat.

Hic noster annotator Landinum irridet, quod coniunxerit, noster filius fortunæ: nec tamen ipse explicat sensum. Acronis enim uerba hic non satis faciunt lectori. Sed hoc uult dicere Poëta: Quoties Mecœnas uel ludos spectauerat, uel una luserat, omnes statim dicebant me fortunæ filium, nescientes Mecœnatem me non uti nisi ad ludicra, non ad seria. Atq̄ hic sensus etiam placuit D. Erasmo. Badius non multum aberat à scopo, sed illic non permansit.

¶ - simul domos alta molossis.

Simul pro, statim ut, more huius Poëtæ, & multorum aliorum authorum accipitur. Badius exponit pro pariter. Molossis autem Epiroticis canibus recte idem exponit, quod Acro male pro Creticis extulit.

SATYRA VII

¶ Non dices hodie quorsum hæc tam putida tendat.
Quidam tandem legunt pro tendant. Ceterum
Acro ait Horatij esse uerba, cum possint etiam serui
esse, tanquam mirantis heri silentium.

¶ Etenim fateor me dixerit ille.

Quasi Horatij uerba sunt, inquit Acro. Porphyrio
autē ait, seruum hoc dicere sub Horatij persona, quod
mihi quoq; probatur, q. d. seruus, tanto melior sum te,
quod fatear meum peccatum, cum tu hoc non fatearis,
imò uerbis decoris obuoluds uitium.

¶ Peccatne superne) Porphyrio exponit, quia
superior peccat. Landinus, quasi leuius. D. Erasmus pu-
tat superne pro externe positum q. d. non peccat pa-
lam. Et sanè Poëta conatur ostendere mulierem imbecil-
litate, non dedit opera peccare.

¶ Quis nam igitur liber.) Acro ait esse Horatij
uerba. Sed possunt etiam serui Dauī esse, tanquam secū
ratiocinantis apud herum. Neq; enim herus nunc tam
placidus est ut ab Dauo doceri uelit. Quippe qui paulo
post & Lipidem & sagittas postulet.

¶ Vel cum pauliaca torpes insane tabella.
Pausia pictoris meminit Plinius libro 11. cap. 2. Por-
ro quæ sequuntur uerba ambigua sunt, Quod quidam
Eulium Rutubam ac Placideianum gladiatores fuisse
existiment, quos in pariete pictos Dauus aspexerit,
quo sensu Acro uidetur exposuisse illud, contento popu-
lo. Alij hos tres pictores fuisse eius tēporis putant, quos
rum

rum picturā sit ammiratus Dauus. Causam addūt, quod antea Pausiæ fiat mentio ueteris pictoris, nunc horum ut nouorū. Et sanè laudē annexam habet hæc pictura, Pausiæ nullam, nisi quod uetusta sit. Vnde egregie seruus heri iudicium irridet, cum non omnino uetera sint meliora. Contento autem poplite intelligo satyricōs aut iocose dictum in Placideianum, contractum altero crure. Badius separat Placideianum in aduerbium placide ac lanum, Cui ego non subscribo.

SATYRA VIII.

¶ Alcon Chium maris experts.) Ergo experts (inquit Acro) quod per terram, non per mare aduectū est, quasi ex insula uinū illud uolauerit scilicet. Rectius Badius hoc exponit, maris experts, id est, non habens corruptionem aut admixtionem aliquam ex mari.

¶ Summus ego, & propeme Viscus.

Conuiuas octo nominat Fundanius, se in sommo, ab altero autem latere Viscum, & Varium, & Vibidiū cū Seruilio Balatrone. Ab altero rursus latere Mecœnatē cū duobus umbris Nomentano ac Portio, e quibus Nomentanus supra Mecœnatē sedebat, proxime Fundaniū, ut ex sequentibus clarius patet, quippe qui Fundanium gulæ mysteria tam anxie doceret. Quare ego distinguē dum puto post Vibidiū. Nam sequentia, Quos Mecœnas adduxerat umbras, de Nomentano ac Portio intelligenda, non de Seruilio ac Vibidio, etiamsi in Porphyrii commentario aliter legitur: ea tamen corrupta sunt, ut nostri habent codices.

FINIS ANNOT. IN II. LIB. SER.

IN Q. HORATII

EPISTOLARVM LIB. I. HEN.

GLAR. ANNOT.

EPISTOLA PRIMA.

¶ Est quodam prodire tenus.
EST, Landinus exponit pro licet, quod probatur:
 quodam autē magis placet propter tenus, quā
 quoddam, ut habent impressilibri. Quiddam propter
 idem tenus, locum hic non habet. Proximo autem uersu
 legendum genere masculino, miseroq; Cupidine, autho
 re D. Erasmo præceptore nostro. Apud hunc enim poē
 tam haud aliter reperias ut puto.

¶ Quis circum pagos, &c.

Tria hæc carmina interrogatiuum habent punctū
 ad finem, nō in medio secundi post Olympia. Est autem
 sensus, pugiles exigui, nempe circa pagos & compita,
 neutiquam contemnerent, imò cuperent coronari in
 Olympicis, siquidem spem haberent sine puluere, hoc
 est labore, dulcem se posse palmam acquirere, hoc est
 uictoriam. At illa absq; labore nō contingit. Qui igitur
 nolit sudare, ut humiles pugiles, non possunt sperare ui
 ctoriam in Olympicis, ita tu quoq; qui non uis discere
 & audire, Ne cures ea, quæ stulte miraris & optas, nun
 quam speres animo te quieto cupidinibusq; uacuum, ul
 lum reportaturum triumphum.

¶ -lachrymosa poemata Puppi.

Quæ Acro de Poëta Puppio scribit placent, quæ autem alij de puppi altiore nauis parte adducunt, inepta sunt. Verisimilius est, eos qui in quatuordecim primis sedebant ordinibus, quia propiores theatri pulpito erant, facilius audire potuisse Poëtarum fabulas: per transitum autem notat Puppium, ut inter miserabiles Poetas, qui tamē sapius audius à populo audiebantur, quàm boni Poëtæ, Propterea non tanti esse eo in loco sedere, ut ideo rem male facias. Quæ uero Acro citat carmina, Trimetra sunt Iambica, hoc modo:

Elebunt amici, & morte bene noti mea.

Nam Puppius me uiuo lachrymatus est.

¶ -Cras ferra menta Teanum.

Teanā (liquit Acro) ciuitas est certe abundans optimis fabris & sartoribus. Hæc ille. Miror quis hæc ita assuerit, cum Teanum Sidicinorum sit oppidum in Campania: & aliud item in Apulia. Idem paulo ante censum equestrem quadringentorum millium æris ait, cum Porphyrio cēsum equestrem faciat quadringentorum sestertiorum, ut omnes alij clāstici: Illud autem, cras, Badius exponit postridie quàm Baias aduenerit, quod mihi non probatur, sed indefinitum puto, pro breui tamē tempore.

¶ Ad summā sapiēs uno minor est Ioue, diues.

Vno Ioue Acro bifariam exponit, uel quia moritur, uel quod in cælo non est. Badius autem, quia .s. mortuæ

254 IN I. EPIST. HORAT.
lis est, & aegritudinibus subiectus. Ego credo dictum;
uno loue minor, q. d. oēs alios uel superat, uel aequat.

EPISTOLA III.

¶ Scribere quod Cassi Parmensis.

Quæ hoc loco de Cassio scribunt & Acro & Porphyrio haud scio quàm probem. Ego propemodum adducar ut credam de eo Cassio Horatium loqui, de quo Satyra ultima libri prioris Sermonum, Vbi Poëta Heruscum uocat, quod hi duo Parmensem exponunt.

EPISTOLA V.

¶ Vina bibes iterum Tauro diffusa.

De T. Statilio Tauro hoc intelligo, qui Cos. primum fuit Anno ab urbe cond. 728. cum Cesare Augusto 3. Caterum iterum Consulem, alicubi subrogatum puto. Nam in catalogo non refertur.

EPISTOLA VI.

¶ Egetæris Cappadocum rex.

Philippus Beroaldus multis uerbis ostendere conatur, per Cappadocum regem non intelligendum Cappadociae regem, sed pro eo qui maximam habeat familiam seruorum. Et sæpe apud luculentos scriptores, atq; adeo apud hunc Poëtam Regem pro diuite usurpari. Hec ille. quæ si ita habent, quomodo intelligemus diuitem, qui eget æris? mancipijs, inquis, diues erat, non pecunia; atqui hoc non uidetur uerisimile: magis autem credibile est Regem Cappadocum populo abundasse, non etiam pecunia, quod etiamnum nostra ætate pluri-
bus

bus regibus accidit. Ideoq; in Cappadocum regem Poë
tæ scomma potius crediderim, quod ea tempestate Ro-
ma bene licebat.

¶ - & cogat trans pondera dextrā Porrigere.

Pondera (inquit Acro) lapides qui porriguntur per
uias, uel qui per latera expositi altiores sunt, & est sen-
sus, qui manum porrigant transituro. Hæc ille. Sed uer-
ba sunt obscura. Landinus exponit, trans pondera, id
est, trans turbā quæ se obijcit, quæ pondus affert trans-
missæ dextræ. Sed neq; hæc uerba intelligo. Vterque sa-
nè ad hoc tendit ut nomenclator ille conductus sit, qui
uiam domino faciat per turbam. Badius cum præceden-
tia exposuisset de suffragijs extorquendis, cum ad pon-
dera deuentum est, trans pondera exponit, id est, trans
molem densæ turbæ, aut trans pondera lapidum in uia
iacentium. Itaq; nec ipse mihi uisus est intellexisse. In-
eptissimum autem est quod annotator noster exponit,
& cogat, inquit, dextram scilicet clientum uel subdito-
rum transporrigere pondera, id est, grauiamunera ac
dona. Sed ut tandem desinam, hoc loco lauum non se-
uum legendum est, ut seruum nomenclatorem intelliga-
mus, qui domini leuum fodiat latus & cogat dominum
transcuntibus porrigere manum, etiam trans pondera,
quæ aliquando in uia transcuntes separant: dicens hæc
uerba: hic multum in Fabia gente ualet, ille Velina er-
go manus ei præbenda. Hæc ex D. Erasmo, ut pleraq;
alia.

EPISTOLA X.

¶ Et male perrumpet furtim fastigia uictrix.

Badius mala legit, exponitq; uiolenta. Sed idem uestigia, non fastigia habet. In codice item Landini uestigia inuenio, at sensu nō minus obscuro. Alij tō male ad uictrix referunt, ut, male uictrix pro pertinaciter uictrix dictum intelligamus: & fastigia, ad fastigia legūt, ut sit sensus, quantum uis recuruemus arborem (nam inde est sumpta metaphora) ipsam tamen contra quam uolumus, ad fastigia peruenire.

EPISTOLA XII.

¶ Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.

Varie hoc & distinguitur, & intelligitur: quidam post bonis, quidam ante distinguunt. Sed certe omnis ambiguitas est in duabus his uocibus, annona & bonis. Nam annona amicorum intelligi potest, uel quemadmodum Plautus in Trinummio ait: Neq; quicquam hic uile nunc est, Nisi mores mali: uel pro prouentu amicis proponendo. Ita bonis ambiguum, uel uiris, uel sumptibus: ac ex his ut minimū quatuor sensus elicere non erit difficile ingenioso lectori. Et habet hic Poeta quaedam talia, ut antea sepe admonuimus, ubi grammatici rixentur.

EPISTOLA XV.

Si ulla alia inter Horatij epistolas intellectu difficilis est, certe hæc una est: & haud scio quam bene ab exppositoribus percepta: nam male expositam, non est dubium. Hyperbaton ab initio eius ad finem admonent: sed

sed hoc quoq; admonuisse oportuit, quoties in medio repetendum. Poëta cum prius uel Cumas uel Baias lauatum iret, ut ad loca consuetæ & nota omnibus, nunc Medici Musæ usus consilio, mutare uult locum, & uel Velie, uel Salerni lauare. Vallam igitur rogat, ut eorum locorum peritum, de cœli qualitate Velie & Salerni. Causam autem cur quærat adnectit: Quia mutandus locus est, & equus præteragendus diuersoria nota. Hoc etiam scire cupit, utro in loco maior rerum copia, ac salubrior: quod Porphyrio de Baijs ac Cumis intellexit, quasi Poëta eò ire cupiat: Ego uero de Velia ac Salerno eum loqui intelligo, quod sequentia omnia planè ostendunt: Tractus uter plures lepores: & utra magis pisces.

EPISTOLA XVI.

Hæc epistola uidetur uelut appendix præcedentis. Nam penultimus uersus apostrophæ habet ad Vallam. Proscindit autem satyrice Menium, quem eundem esse Porphyrio credidit, de quo satyra tertia, libri primi Sermonum: Menius absentem Noutum dum carperet: Cui ego planè subscribo, ut in primam Satyræ eiusdæ libri annotauimus.

¶ Hic ubi nequitie fautoribus, & timidis nil.

Quidam timidis mutauerat in tumidis, quod nō quærat: Nam erant olim Parasiti quidā etiā Sycophantæ. Describit autem Menium uoracem, sed aliud atq; aliud sentientem, ut uel abiectis ac uilibus cibis uel splendido

ribus utebatur. Illud etiam Aldinus codex mutauit, si qui comedunt bona, in bene: Cum Menius dicat se non mirari, si qui comedendo absument bona. Atque ita etiam legit D. Erasmus, & Badius, quanquam Badius duodecimo huius epistolae uersu Bestius legit pro Menius, non recte ut puto.

EPISTOLA XVII.

¶ Augusti laudes agnoscere possis.

Hæc uerba si enuntiatue legantur, hoc sensu dicuntur ut non dubitet poeta cantatissima carmina etiam Quintum de Augusto, non de se dicta intelligere. Si autem interrogatiue, ut legit Porphyrio, agnoscere pro sibi adscribere sumptum uidetur. Et ad hæc quidem uerba retulit poeta quæ tertio deinde ponit uersu. Respondene tuo dic fodes nomine: quasi diceret ad Augusti laudes files & bene, hic fortassis non files, quanquam uane item: qui enim tibi hodie laudem illam tribuit, cras æmere potest.

EPISTOLA XVIII.

¶ Ferentinum ire iubebo.

Liuius libro primo aquæ Ferentinæ meminit, libro secundo capitis ferentini. At libro septimo Ferentinum Hernicorum oppidum facit, quod captum à Romanis paulo ante singulare T. Manlij Torquati cum Gallo certamen scribit. Plinius libro 3. cap. 5. Ferentinum inter Hetruriæ oppida prope Fesulas ponit: paulo post Ferentinales ex agro salerno numerat. Strabo lib. 5. Fe-

rentium in uia Latina posuit. Quod si uerum est, haud dubie de Hernicorum oppido loquitur hic poeta. Badius Thuscum Ferētinum in uia Latina ponit. Sed errat.

EPISTOLA XIX.

¶ Brūdusiū Numici melius uia ducit an Appi. Contentionis de Lana caprina duo uidentur exempla à Poeta posita. Alterum de gladiatorum præstantia, alterum de meliore itinere uel Numicia uel Appia uia. Strabo libro 5. tres numerat uias Appiam, Latinam, ac Valeriam, quarum Valeria in Marsos ducit. Relinquitur igitur ut per Numiciam uiam intelligamus Latinam etiam si non liqueat cur ita dicatur. Nam à Numico siue Numicio fluuio, mi syllaba longa est, quæ hic corripitur præter consuetudinem & huius & aliorum Poetarum. Quanquam exempla Poetæ cuiusmodi sunt, ut facile etiam circa ipsa grammaticis de lana caprina contentio incidere possit, quale est de Docilis & Numico, altero propriūmne sit an adiectiuum: altero, corruptūmne & licentia usurpatum.

EPISTOLA XX.

Longa est Acronis nostri ab initio huius epistolæ præfatio. In qua inter cætera hæc ait, trahens occasionem ipse Cratinus ex Homero & Ennio: Quasi uero Cratinus, quem Græcum fuisse opinor, Ennium legerit. Paulò post Catonem Uticensem ait Cos. Romanorum intonsa barba & capillis mansisse, ut terribilior appareret hostibus. Vtrunq; demiror ubi Acro legerit, &

Cos fuisse, & ea de causa barbam nutrijffe.

¶ Decipit exemplar uitijis imitabile.

Manifeste amphibolon protulit, intelligitur tamen. Illud autem quod statim sequitur, lectione uariatum inuenio. Nam pro quod si, alij legunt, quid si, & carmen totum sequens interrogatiue, quod tamen enuntiatue quoque legi poterat. Item post aliquot uersus: Hunc ego non alio dictum prius ore Latinis. Porphyrius commentarius de Archilocho exponit, sed corruptum arbitror. Badius recte de Alceo exposuit.

EPISTOLA VLTIMA.

¶ Aut fugies Vticam, aut uinctus mitteris Ilerdam.

Ac per hoc (inquit Porphyrio) bellorum ciuilium causa adhuc illic Romanum exercitum detineri significat. Hec ille: Quæ quàm uera sint non uideo. Nam non uennio ante, finis bello ciuili impositus erat ab Augusto, nisi ob timorem rursus nascentis belli illic detinebantur, quod uidetur uerissimile.

¶ Me quater undenos sciat impleuisse decembres.

Hi Coss. fuere anno ab Vrbe Condita 733. de quibus si subtraxeris annos 689. quando L. Manlius Torquatus cum L. Aurelio Cotta Cos. fuit, & quando natus est Horatius, ut libro 3. Carminum ipse Cecinit Poeta: O nata mecum consule Manlio, relinquentur anni 44^a etas Horatij.

FINIS ANNOT. IN I. EPIST.

IN Q. HORATII

EPISTOLARVM LIB. II. HEN.

GLAR. ANNOT.

EPISTOLA AD AVGVSTVM.

¶ Scriptores trutina.

In eadem ætate (inquit Acro) quia Græci Poetæ antiquiores sunt quàm Latini Quæ uerba sensum non explicant, Melius Porphyrio, eadem trutina exponit, eodem examine. Et ad illud: Venimus ad summum fortunæ: ita idem Porphyrio ait: Non habet, inquit, quod nobis amplius fortuna iam præstet, ergo & perfecti Poetæ sumus: sed hoc intelligi, quàm dici à se maluit. Hæc ille. Alijs Poetæ per ironiam loqui uidetur. Sed ex Porphyriõ hoc eum dicere puto: Si alijs in artibus uincimus Græcos, postquam uenimus ad summum fortunæ, uidetur hoc etiam de Poëtis, aut de Poëmatis: sed populi Romani iudicium in hoc falsum est.

¶ - memini quæ plagosum mihi paruo.
Orbilibium.

Hic Seruius apud Acronem, apud Porphyrionem Scæuus dicitur: Sed poterat hoc errore librariorum accidisse. Badius autem in commentario suo, q; coniunctionem male legit pro quæ relatiuo, cum tamen alioqui Horatij carmen recte excudisset.

¶ Quatuor aut plures aula a premuntur in horat.
 Hec uerba prioribus annectit Acro, & postea cum
 secuti Landinus ac Badius. Ad tres uel ad quatuor horas
 (inquit Acro) populus intentus erat, dum Poeta recitaret
 carmina in scena: post uero uulgaris populus, qui potius
 delectabatur ludis quam carminibus, exorabat magistros
 bestiarum, ut adducerent in theatrum, aut ursum,
 aut leonem. Hæc ille: Cum Poeta hoc dicere uelit:
 Dum populo bellorum simulachrum, aut pompa triumphalis
 ostenditur, quatuor horis non fatigari: at si comœdiam,
 longe citius.

¶ Accersas & egere uetes.

Quod de accerso ac eius deriuatione ait Acro, etiam alij tradunt: de arcesso autem Priscianum allegat, ut mihi non sit dubium longo post Porphyrionem tempore uixisse Acronem, quanquam certum tempus scire non possumus.

¶ Incultis qui uersibus & male natis Porphyrio, si codex non fallit, supplet pro, ut sit pro incultis uersibus: cum sit datini casus. Dicimus enim, tibi refero acceptum. Philippæos autem intelligit numisma trium ducatorum hodie.

¶ Bæorum crasso iurares aëre natum.

Crasso aëre legendum existimo, non in crasso: Et Bæorum accusatiuus est, non genitiuus pluralis. Alexandri iudicium de pictore ac sculptore probat Poeta: de Cherylo non item. Quod si (inquit) Alexander ad eum mor-
 dum

dum praecepisset de Cherilo, ut nemo alius præter Cherilum ipsum describeret, merito iurares Alexandrum natum Bæotum crasso acre: Sapiens ille annotator, de quo nunc toties, longum hic commentus est commentū, in quo si uspiam alibi, certe hoc loco ostendit se gloriosum ac nullius iudicij. Putat enim Bæotios nequaquam stupidos ac hebetes dictos: & illud, crassum acrem, de quibusdam Bæotijs, non omnibus dici posse. Quasi qui dicat Bæoticum ingenium pro stupido, is omnes Bæotios stupidos uocauerit. Sed mirum hic Bæotius timuit: cum Βοιωτίνος vñs etiam in prouerbiū uenerit. Et Plutarchus ipse Bæotius, quiduis potius quàm stupidus, hoc referat: & Pindarus in Olympicis Bæotica suis meminert pro homine stolido. Idē annotator negat Bæotos dici, sed Bæotios, cum Homerus ubiq; Βοιωτὸς uocet, quos alij Βοιωτίνος. Nec simile est, quod ille de Brutijs ac Heluetijs adducit exemplum: nemo enim hos Brutos uel Heluctos uocat. Ineptissimum autem est de Boetho quodam Poeta intelligi, de quo Strabo libro decimoquarto differit, cum Βονδὸς prima syllaba sit correpta. Sed multis argumentis colligo hunc nescisse Græce, qui tamen in hunc Poetam censuram adeo acré instituit, ut multos Aristarchos uicerit.

¶ Nerubeam pingui donatus munere.

Cum dicit, pingui, ridet. Ego, inquit, nolim decorari turpibus uersibus, ne pingui, id est, stolide composito munere donatus rubeam, & cum meo scriptore, hoc

est, laudatore deferar in uicum uendentem thus, & multo porro minus tu o Auguste id uoles.

EPISTOLA AD FLORVM.

¶ Argilla quiduis imitabitur uda.

Imitabatur (inquit Acro) quidam imitabitur legunt, deest à puero alienum, melius ergo legimus imitaberis, & quæ sequuntur. Si Acro hæc, quæ hic adeo confusa narrantur, ita scripsit, non uideo quid de eo dicere debeat: sed temporum iniuria corrupta uideri poterant, si non ubiq; sibi similis uideretur. imitabitur hic legendum, non imitabatur, non imitaberis. Quod carmen ipsum ac sensus satis indicant.

¶ Post hoc uehemens lupus & sibi.

Lupus sibi (idem inquit) quia perdere poterat per negligentiam. Hæc ille. Porphyrius autem uerba mutila sunt, at ego puto sibi non ad lupum iungendum, sed ad iratum. Item ad illud: Luculli miles: Porphyrio ait, Valerianus Seruilius exercitus: sed ea uerba etiam corrupta sunt. Nō enim de toto loquitur exercitu, sed de uno quoque milite. Neq; enim in singulos uiginti millia HS. erogare Lucullus potuisset quantumuis diues. Acro ex Porphyrius uerbis deceptus idem credidit. Porphyrio haud dubie proprium militis posuit, qui Tribunus exercitus aut aliud quid fuit, de quo Poëta paulo post dicturus est: quantumuis rusticus ibit: quanquam eo in lo

eo amphibolon est, utrum catus quantumuis rusticus, inquit, an quantumuis rusticus ibit.

¶ Prætulerim scriptor.

Aut ironia est, aut amara interrogatio, q. d. ego neutiquam prætulerim. Exemplum autem Argiui ab aduersario ita adducitur, ut Pyrrhi à Trasone apud Terentium, solent enim stolidi homines ignauia suæ exempla prætendere.

¶ Tamen uteris monitoribus hîsdem.

Ego interrogatiue legerem, si quidem uteris futurum est, non præsens.

¶ Cur alter fratrum.

Duo hic commentarij sub Porphyriionis nomine leguntur, Sed hoc sepius nunc factum.

¶ Naturæ Deus humanæ mortalis.

Badius exponit, Genius existens deus naturæ mortalis. s. humanæ, mutabilis, id est uariis in unumquodque caput. Hec ille. At ego puto Mortalis in unumquodque caput construendum, & uultu mutabilis, ut significet genium cum homine interire. Nec hoc mirum apud hunc Poëtam, qui animæ immortalitatem non credidit, nimirum cui fides Christiana nullam fidem fecerat.

¶ Terrores magicos) Magos dicimus quasi magnos, à magnis rebus quas se perficere posse iactant, ita Porphyrio. Hoc ab impostore aliquo adiectum Porphyrioni. Magus enim Persica est dictio, qua suos ipsi sapientes uocabant, ut nemo ignorat.

ANNO. GLAR. IN HORAT. FINIS.


PERORATIO

Habes hic Candide Lector, meas in Horatium, aut
ueterius in eius commentatores Annotationes, nullo alio
q̃ publice iuuandi bona studia proposito. In quo hoc po
tissimum cauendum existimaui, ne prolixitate ulli mo
lestus essem: Sed ut perpetuo rem ipsam tractarem, &
ut pleraq; iudicio tuo committerem. Est enim lubricum
huiusmodi negotium, etiamsi utile. Tu studium hoc no
strum boni consule, ac laboribus nostris faueas, te
etiam atq; etiam obsecro. Vale Friburgi Bris
goiae. Anno à Christo nato

M. D. XXXIII.

EXCVSVM FRIBVrgi BRIS
GOIAE APVD STEPHANVM
GRAVIVM, ANNŌ

M. D. XLVIII.



PERORATION

Subscribed and sworn to before me in the County of ... State of ... this ... day of ... 18...

M. D. CCCC...

RECEIVED BY THE ...
HOUSE OF REPRESENTATIVES
GRANTING ANNO

M. D. CCCC...

